

www.e-rara.ch

Tractatus de ecclesia

Du Plessis-Mornay, Philippe

[Genevae], 1599

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1096>

Visibilem ecclesiam in iis etiam quae ad fidem & salutem pertinent, errare posse. Cap. VI.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)



*VISIBILEM ECCLESIAM IN
iis etiam quæ ad fidem & salutem pertinent,
errare posse.*

CAP. VI.



QVANDO QUIDEM eò se dedu-
ctos aduersarij vident, vt nec scri-
pturæ, nec exemplis purioris Ec-
clesiæ, falsa quæ inter eos irrepse-
runt dogmata in præcipuis Chri-
stianæ religionis capitibus tueri possint, si quæ-
que sigillatim ad examen reuocentur: ratione
qua coniunctim omnia propugnent, excogi-
tarunt, nempe si asserant, Ecclesiam nullo mo-
do errare posse, saltem in iis quæ ad salutem
conducunt. Christus enim, inquit, est caput
Ecclesiæ: Eam igitur spiritu suo dirigit. Spi-
ritus autem ille est spiritus intelligentiæ, qui
suis quæque temporibus & locis Ecclesiæ ne-
cessaria inspirat, vt rectè constituatur. Igitur
errare nullo modo potest. Quemadmodum
autem certò constituunt, modò hoc propugna-
culum tueantur, sartam tectam fore suam Ba-
bylonem: Sic illo expugnato, hanc stare nul-
lo modo posse certum est. Vbi in hac causa de
Ecclesia agunt, clerum (vt vocant) intelligunt,
quem Concilium œcumenicum referat: non
verò plebem, cuius nullam habent rationem,
quod

Pet. de Alia.
li. de re com.
script.
Marfi. Pata.
2. part. c. 2.

quod ex eorum etiam turba multi improbat, tamquam scripturae repugnans: proferuntque magna cum ratione, *Ecclesiam omnium verissimè & purissimè dici de vniuersitate fidelium credentium, & inuocantium nomen Christi; & de huius vniuersitatis partibus omnibus, in quacunque communitate, etiam domestica. Et haec fuit impositio prima huius dictionis, & consuetus huius vsus apud Apostolos, &c. Non, sicut ex quodam vsu hodie obtinuit, ut Papa Romanus, & Cardinales ipsius dicantur Ecclesia, &c.* quosque (magnam partem) fatentur nulla Ecclesiastici Ministerij parte fungi. Ne tamen subterfugiam querere videar, ipsorum stylum in hac causa tractanda vsurpare non recusabo.

Marfil. Patavin. in li. Defensor pacis par. 2. ca. 2. & Petrus de Aliaco in lib. de Recomm. Scripturæ.

Iesus Christus Ecclesiae tamquam sui corporis est caput: non huius aut illius aut vnius potius quam alterius coetus, sed ex æquo omnium. Caput illud, si ad Ecclesiam referatur, eandem habet rationem quam mens ad hominem, nempe ut eam suo gubernet & dirigat imperio. Quandiu autem appetitus rationi obsequitur, & corpus capiti, hominem bene habere constat: sensus, motus, actiones, facultates denique omnes rationis moderantis integritatem referunt. Sin verò appetitus rationis obsequium detrectet, iugumque excutiat, atque ebrietate, luxu, vitis que omnibus diffluat: inde necessarid totius corporis interperies consequitur, vitales partes periculosè læduntur, nunc membri vnius, nunc sensus fit iactura: visus, auditus, facultatesque reliquæ

Verbum eius Spiritu in diuis duo nexu coniunctum.

omnes paulatim depereunt: Denique iusto Dei fit iudicio, vt rationis, quam moderatricem ferre nō potuerat, vsu priuetur. Idem imminere ecclesie periculum, atque aded sepius-
Etia. 47. 3. ¶
simè accidisse affirmo. Quādiu Ecclesia Christo suo capiti obsequitur, mandatum, quod ipsissima est ratio, attenta aure excipit, præscriptum in scripturis regimen obseruat: fieri nō potest quin sanitatem tueatur, sitque integra, pura, bene habita. Hoc enim ille regimine in primis delectatur, spiritumque immittit qui in mediis tenebris lumine suo præeat. Verum ubi regimen illud conculcat, aures auertit, satis se sapientia instructam credit, vt se suo regat arbitrio; & ait sicut Babylon, Ego illa sum, & præter me nulla est: Tum obsecro quis miretur, si mēbra paulatim tabescant, nunc illo, nūc altero sensu priuetur, si oculi ipsi præcipitē in foueā ducāt, si dicat illi Deus, quēadmodū Babyloni dixit, *Sapientia tua, & peruitia tua ipsa seduxit te,* & ipsi quoque Hierusalem, *Tu cōfusa pulchritudine tua scortata es in nomine tuo.* Inde accidit vt Spiritus ille Dei, vt ait Propheeta, eam deserat atque relinquat, quæ verbum Dei, cui vinculo indiuulso est coniunctus, nullo loco habuerit. Certò quidem constat, Christum suum gregem aberrantem & palantem non abiicere: Verum non minus certum est, eas illum pro suis tantum ouibus agnoscere, quæ vocem ipsius audiunt: vocem porrò audiunt, quæ loquenti in scripturis auscultant, & apertè quid probet & placeat explicanti
 Deus

Deus missis primùm Prophetis, tandem sermonem illum cælitus emisit, & de quo dixit, *Eum audite*, à quo etiam audimus: *Scrutamini scripturas*: Atque is ille est sermo qui Spir. S. Apostolis immisit. Si igitur spiritum ducem experiri volumus, sermonem audiamus: spiritus enim sermo ille est donator. Sed enim Clerus Romanus sermonem illum nihil fecit, non audire sed audiri, non subesse sed præesse voluit, non mandatis obsequi sed mandata præscribere, præ quibus diuina sorderent, ex quibus etiam nonnulla palàm & apertè rescidit, cuius rei in promptu probatio est. Ergo frustrà spiritum moderatorem iactabit: quum sermo ille eternus spiritum emittat, qui & nobis suum ipsius in scripturis sermonem reliquit. Ad eundem modum suam rex auctoritatem cum senatu communicat, vt leges obtineant quibus populus pareat: verùm ita vt honore illo statim abdicetur, quamprimùm ita abutitur, vt sibi potiùs quàm vel regi vel legibus obediri velit. At enim quanto maior est Dei sacraque legis ad Ecclesiam collatorum auctoritas? Finiti enim ad infinitum nulla proportio. Nihil est igitur quod quis miretur, Ecclesiæ Romanæ præfectis spiritus dona Dominum eripuisse, qui suas nihili traditiones, legi ipsi prætulerint.

Spiritum cum sermone indiuulso nexu copulamus, quæ diuidi sine sacrilegio non possunt: quoniam Iesus Christus verus ille sermo nos ita docuit. *Quum veneru, inquit, ille spiritus*

IOAN 16. 13. &
14. 26.

*veritatis, deducet vos in omnem veritatem: non enim loquetur à semetipso, sed quaecumque audierit loquetur: Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, quod renūciabit vobis, & suggeret vobis omnia quae dixerō vobis. Si spiritus ille sermonem audit, nec de suo quidquam profert: multo magis præstabit Ecclesia, siquidem eodem spiritu regatur. Idem Apostolis, Ero (inquit) vobiscum ad finem usque seculi: spiritus nimirum potentia. Sed eodem versu addiderat: *Docentes servare ea omnia quae mandavi vobis.* Qua de causa quum Paulus sermonem tum viva voce tum scriptis doceret, suū nihilominus ministerium, *ministerium spiritus* vocat: hoc enim spiritu sermo prædicatus est efficax. Scriptura fœdus vocatur tum vetus tum novum: habet autem fœdus quodlibet appositae utrimque cōditiones. Quod ad vetus attinet, scimus legem in arca asseruatam fuisse, ex qua Dominus præsentem se populo sistebat consilium petenti. Quo autem tempore populus à lege recedebat, vt Baalim coleret, nullum omnino responsum ferebat, nec enim eos spiritu suo dignabatur, quibus sermo contemptui erat. Si novum spectes, *Ecce fœdus novum cum eis, dicit Dominus: spiritus meus qui est in te, & sermo meus quem posui in ore tuo, non recedent ab ore tuo, nec ab ore seminis tui in aeternum.* Disertè spiritū sermoni coniungit, quasi conceptum esset his verbis fœdus: spiritus meus in te erit: sed vide vt ne verba mea vnquam recedāt ab ore tuo. Nec est quod quis excipiat, ita cogi Dei spiritum*

tum in ordinem, dum ad sermonis examen reuocatur: Sic enim Deū ex seipso metimur, & ea est vnica quam præscripsit regula. Etenim si spiritus sunt doctrinā discernendi, vt docet Ioannes, doctrina autem ex sermone scripturis expresso: consequitur, spiritum Dei ex scripturis agnoscendum, quas Apostoli reliquerunt, & quas vetus Orthodoxa Ecclesia collegit, vt nobis extaret expressum. exemplar illius spiritus, qui Apostolos docuit Christi sermonem: ad discernendos Satanae spiritus qui non probato hoc sermone, falsa dogmata inuehere auderent in Ecclesiam. Ecclesia igitur ducem habet spiritum Dei ad percipiendam ipsius voluntatem: sed quatenus eam in verbo quarit, id est, ei qui quarit in sermone Dei voluntatem, datur spiritus qui eas interpretetur. Frustrā autem ei quaritur interpres, qui contextum negligit. Itaque si quis sermonem aspernatur, vt animi sui cōmenta sectetur, huic negatur spiritus interpres: Nullum est enim spiritui Dei cum spiritu *ἑωχμῶς* commerciū, nisi quatenus abdicato ingenij acumine & propriis figmentis spiritum S. ducem & moderatorem homo sequitur. Hoc igitur à nobis ex Chrysoft. responsum ferent, quotquot spiritus ductum sine sermone iactant: *Ego à me ipso non loquor, sed quacumque audiui à Patre, de Lege, de Prophetis, &c. Illa enim sunt veritas, &c. vos autem quacumque audistis à Patre Diabolo. [Is enim quando loquitur mendacium, ex propriis loquitur.] Sic & de Spiritu S. à seipso non lo-*

De sancto &
ador. spiritu.

quitur, &c. Si quem igitur videritis dicentem; *Ha-
 beo Spiritum S. & non loquentem Euangelica, sed
 propria; is à seipso loquitur, & non est S. Spiritus
 in ipso, &c. Si contra videritis aliquem Euangeli-
 ca repetentem, profectò Spiritù S. habet, &c. Què-
 admodum enim Saluator venit, & factus est imple-
 tio Legis & Prophetarum; ita impletio Euangelij
 est S. Spiritus, &c. Et pauld antè, Dicam vobis
 miraculum grande, &c. Agebatur illo sermone
 de Spiritus sancti dignitate: vt verum enim
 Deum adorandum esse docebat, quem tamen
 Chrysostomus in ordinè cogi non magis exi-
 stimat, dum illum ex Euàgelio metitur, quàm
 Dominum Iesum Christum, vbi ex lege &
 Prophetis agnoscitur.*

Dei fidem in præstandis promissis obiiciūt:
 vnde sequitur, fœdus cum Ecclesia inuiolatū
 seruare, nec considerant æquè veracem esse in
 minis, ne sua fraudetur iustitia. Agnoscimus
 quidem sermonem Dei in æternum manere:
 sed & appositam esse fœderibus omnibus con-
 ditionè: *Si sermonem meum seruaueritis: quâuis
 diuturna patientia peccata nostra sustineat.*
 Malè igitur concluditur, fidus est Deus, Eccle-
 sia ergo errare non potest. Quin potiùs statuè-
 dum est: Quum Ecclesia tam frequenter & pe-
 riculosè labatur, Deum esse summâ fide, veri-
 tate, misericordia consequitur. Dominum e-
 nim sape fœderis sui tenacem esse, ipsa quasi
 inuita & diuortiū procurante, certū est, eouf-
 que vt fœderis tabulas conculcet, cubiléque
 dilatet, vt loquitur Propheta, vt ex singulis Ec-
 cle-

clesiæ periodis confirmari potest.

Aduersarij, vt Ecclesiam scriptura priorem esse probent, ab Adamo vsque id repetunt. Ergo & nos hinc initiũ faciamus. Adamo statim condito, vetat Dominus ne edat ex arbore sciẽtiæ boni & mali, iubet affectus omnes regendos Dei voluntati permittere, summũque bonum & scientiam in eo constituere, vt Deo adhæreat: Alioqui mortem denunciat, id est, à Deo separationem, qui quidem non minus anima est animæ, quàm in corpore nostra ipso- rum est anima. In hoc fœdere manifesta apparet conditio. Quid porro Adamus? Quantumcumque multipliciter Dei donis ornatus, sui potius ingenij figmenta sequi quàm Dei sermone subiicere, vocique potius satanæ, quàm sui creatoris auscultare maluit. Quamobrem iusta statim ultio tum ipsũ tum posteros inuoluit, homine iam corrupto non corpore tantũ externisque organis, sed in ipsa etiã mente, & intellectu, vt plerisque ferè ratio hoc vnum præstet, vt à ratione abducatur, & intelligendi facultas curiosis quæstionibus extricandis inhæreat, quibus quã longissimè à salute abducantur. Licet tamen in temeraria nostra inconstantia constantissimam creatoris erga miserimas creaturas amicitiam agnoscere vel in eo, quodd primis illis parentibus, semen illud caput serpentis contriturum, statim promittit, ex quo solo misericordiam consequi possent. En ergo fœdus cum conditione, hominũ respectu à primo illo Adamo violatũ: rursũ

*Ecclesia qua
fuit ante legẽ,
errans.*

verò in altero stabilitum incòcussa creatoris bonitate. Si iam pollutam in ipsis incunabulis Ecclesiam videmus, si recens condita quum scientia & integritate floureret, præsentiq; Deo frueretur, tam fœdè lapsa est, quòd à Dei sermone ad suos affectus deflexerit: Ecquis hominum in tantis in quibus nascimur tenebris, ignorantia, vanitate, ab hoc sermone aberrans, rectum iter sibi polliceri possit?

Iesuita Gretzenfis in assert. defen. Rom. 5. 19.

Aduersarij, vt hunc locum eludant, Adami peccatum, quantum possunt, extenuant, vt Deum malint crudelitatis insimulare, qui propter dentem simplici transgressione pommo infixum, vniuersum genus humanum pœna inuoluerit, & dilecti illius filij crucem euacuare, quem, vt mundum sibi reconciliaret, morti tradidit: quàm admittere, in iis quæ salutem respiciunt, errare posse. Atqui longè diuersum docent Ecclesiæ Christianæ doctores, & qui extiterunt in Iudaica seniores. Nèpe in eo peccasse Adamum, quòd sese à Deo auerterit; quòd plus fidei satanæ illecebris, quàm minis creatoris habuerit: quòd Deo parem esse præsumperit: quòd aliunde beatitatem & scientiam haurire voluerit, quàm ex ipso ipsiusque verbo: Denique hæresin fuisse infidelitati affinem, peccatumque tot peccatis cumulatam, vt solus ille æternus Dei filius mortis suæ sacrificio illud expiare potuerit. Sic enim August. *Reliquit Deum, vt esset in semetipso: Et talis damnatio superbiæ subsequuta est, quæ ipsum ad inobediẽtiã mouerat,*

Aug. lib. 14. De Ciuit. Dei. c. 13. & 15.

vt quis

ut qui custodiendo mandatum futurus fuerat etiam carne spiritalis, fieret mente carnalis. Et paulò post: *Magna pœna est, verùm metiri profectò nescit, qui magnam putat, quanta fuerit iniquitas in peccando, ubi tanta erat non peccandi facilitas. Sicut enim prædicatur obedientia Abrahami, qui ut filium occideret, res ei difficillima est imperata: Ita & in paradiso tanto maior inobedientia fuit, quanto id quod præceptum est, nullius difficultatis fuit. Et cap. 24. Donatus est homo sibi, quia deseruit Deum, placendo sibi, & non obediens Deo, non potuit obedire nec sibi, &c. Obedientiam Abrahami scriptura deducit ex fide, vnde pater credentium dictus est: Ut & Adami rebellio ab incredulitate deducenda est, ob quam pater totius incredulitatis censerì debeat, quæ genus hominum vniuersum peruagata est, atque etiamnum peruagatur. Proficiunt autem in peius & deteriores fiunt qui proximè subsequuntur, ut ex perturbato & corrupto rerum statu videre est, qui temporibus Noah & Abrahami describitur, tum etiam Israëliitarum in Ægypto, quantumuis Deus miraculis ordinariis potentiam illis suam patefaceret, *Gloriamini, ait* Esa. 48. 1. & seq.
Domino, o domus Iacob, vos egressos esse de aquis
Juda, & intrare per nomen Domini, vosque domiciliũ habere in me a sancta ciuitate, &c. Sed sciebã quòd in o Israël prauaricator esses, & quòd ab vtero trãsgressor vocatus sis. Ne huc proferte stirpem & originem vestram, Mater vestra He- Ezech. 16. 45.
thea, & pater vester Amorrhæus. Quum leuas- Ezech. 29.*

sem manum meam super vos, ut educerem vos è terra Aegypti, ne vnus quidem ex vobis abiecit abominaciones oculorum suorum neque idola Aegyptiorum. Ubera tua, ait Ecclesiæ & ipsi Hierusalem, conquassata sunt & subacta in Aegypto; Hac fuit consuetudo vestra, ô filij, Israël & Iuda, à pueritia vestra, quod me pronocaueritis ad iram, quod non audieritis vocem meam. Et hæc est prima Ecclesiæ periodus.

Ecclesiæ sub lege errauit.

Exo. 19.4.
Leui. 26.12.
Deut. 28.
& 29.12.
Psal. 68.
2. Chr. 33.
2. Chr. 7.
1. Rom. 2.30.
1. Rom. 2.27.
2. Rom. 13.17
Ier. 7.

3. Chr. 15.

Nec minus altera, quæ sub lege fuit, similia nobis exempla passim suppeditat. Deus fædus inicit cum populo Israëlítico, vt illi Deus esset, hic Deo sacer populus. Magnificæ extat huius fæderis promissiones: *In medio vestri incedam, ibi ponam tabernaculum meum in æternum: Nomen meum in Hierusalem: Eam sanctificauit, vt sit in ea in seculum: E medio Cherubim respondebo, &c.* Sed addita est vbique tabulis conditio: *Si meus sitis populus, si me colatis, si in mandatis meis incedatis, si os meum interrogetis, si Iehouam honoraueritis, non sequentes vias vestras, ne voluntatem vestram inuenientes. Alioqui, primum ait, vos virgis castigabo, vt ad me redeatis: sin minus populum qui legem meam abiecerit, abiiciam: Faciam ego domui huic super quam inuocatum est nomen meum, in qua vos confiditis, & loco huic quem dedi vobis, & patribus vestris, sicut feci Silo: & proiciam vos à facie mea, sicut feci omnes fratres vestros, vniuersum semen Ephraim. Hoc illud est quod Dei spiritus per Azariam regi Azæ totique populo pronunciauit: Iehouah vobiscum,*

cum, quum fueritis cum eo: & si quaſieritis eum, inuenietur à vobis: ſi verò dereliqueritis eum, derelinquet vos. Et paulò poſt: Dies autem multi fuerunt Iſraëli abſque Deo vero, & abſque ſacerdote Doctore, & abſq; lege. Quoties autem ſexcentis legis locis Dominus addit: Si me derelinquatis: nihil falſi, nihil impoſſibilis præſumit: verùm quod contingens eſt fierique poteſt: quin & ita facile, frequens, atque ad eo cuiſibet hominum cœtui naturale, vt in ea etiam Eccleſia, quæ præſentem Deum poſſidere potuit, & ad rogata reſpondentē, multò plura quàm par eſſet exempla extiterint. Aa- *In deſerto.*
ron propheta erat, & paulò poſt ſummus pōtiffex. Admiranda Dei opera ſuis oculis conſpexerat, imo & noctu & interdium intueri licebat. Vitalū tamen aureum fuſilem his ver- *Exod. 31.*
bis populo obiicit: *Hi ſunt, ô Iſraël, dii qui te eduxerunt ex Aegypto.* Si nomine Eccleſiæ populum in hac diſputatione intelligunt, hîc horrèda Idololatria contaminatum vident. Si *Deut. 32.*
clerum, quem vocant, malunt: ecce non idololatrā tantùm, ſed qui Idolis Eccleſiam proſtituat, id eſt, en tibi coniugem adulteram, & qua maritum, quantum quidem in ſe eſt, ad diuortium prouocet. Deniq; totum illud tempus comprehendēs, quo in deſerto commorata eſt, hoc ad eam dicit perſpicuis verbis per Prophetam Dominus, *Propter nomen meū, Ezech. 20.*
ne prophanaretur coram oculis Gentium eduxeram eos ex Aegypto, & introduxeram eos in deſertum: dederamque eis ſtatuta mea, atque indi-

*cia mea indicaueram eis, in quibus homo si ca-
 cerit uiuet: sed defecisse a se, ait, repudiasse statuta
 sua, prophanasse Sabbata sua, na ut eos in con-
 sumptionem daturus esset nisi rationem habuisset*

Iud. 8. & 17. 6 *nominis sui. Iudicum temporibus quotquot
 tyranni Ecclesiam Israeliticam opprresserunt,
 totidem adulteriorum testimonia extiterunt.
 Gedeon & ipse, qui Dei brachium ad suos li-
 berandos extiterat, conficit Ephod, quo dein-
 de populus ad idololatriam est abusus. Idem
 & Michazo illi accidit: Cuius rei causas scri-
 ptura exprimit: *Quòd in diebus illis nò esset Rex
 in Israël, sed quisq; quod in oculis suis bonum vi-
 debatur, faceret. Quòd sermo Dei esset pretiosus,
 nec ulla visio aperta.* Atqui tū téporis lex Dei
 penes illos erat, & arca fœderis: verùm nec
 illam legebant, nec cos Domini interroga-
 bant. Porrò non hoc tantùm præcipitur, *ut
 lucem habeamus: sed ut in ea incedamus, eamque
 ducem sequamur.* De toto etiam hoc temporis
 spatio iterum dicit Dominus per Prophetã,
*Quum introduxisssem eos in terram super quam
 leuaueram manum meam ut eam darem eis, & il-
 li uidissent omnem collem excelsum, atque omnem
 arborem frondosam; immolauerunt ibi sacrificia
 sua, dederuntque ibi irritationem muneris sui.* Vn-
 de etiam ait, *Quid excelsum est quò vos conueni-
 tis? Itaque vocatũ est nomen eius Excelsum usque
 in hodiernũ diem.* Saülis tempore non requisitum
 fuisse Dominum ex arca, scriptura testa-
 tur: quibus verbis indicat illos ex Dei verbo
 consilium non petiisse: vnde iudiciũ Dei per-
 spicere*

1. Sam. 3. 1.

Ioan. 12.

Ezech. 20.

1. Chr. 13. 3.
 Sub Saule &
 regibus Iuda.

Spicere licet, quo propter sui & sermonis cō-
 temptum Arcam ab hostibus captiuam abdu- 1. Sam. 4.
 ci voluerit. Ioramo regnante, in Iuda Baal co- Sub priore
 lebatur, ad tempora vsque Ioas, qui fœdus Templo.
 cum Domino renouauit. Achazi diebus ex- 1. Reg. 11.
 traneum altare in templo collocatur, in eó-
 que diis fictitiis immolatur. Vrias autem ipse
 sacerdos erigendum curat. At rege Manaf-
 se idololatria ita prodigiosa, publica, yniuer-
 salis fuit, vt nulla Ecclesiæ facies appareret: cu-
 ius causa eadem additur, quam paulò antè no-
 tauimus, Dei legem sic absconditam atque
 aded sepultam fuisse, vt planè ignota iaceret.
 Hæc omnia nihilominus in Iuda. Iam verò si In Israël.
 oculos in regnum Israeliticum conuertamus,
 ita tamen vt tantùm in transitu attingamus, ab
 ipso schismatis initio ad interneccionem vsq;
 publica nobis eaque perpetua idololatria oc-
 curret. Ergo tot seculis in Ecclesia illa visi-
 bili impietas nõ vt furor aut morbus quidam
 momentaneus corpus illud inuaserat: verùm
 quicquid puritatis affulsit tribus quatuorve
 eximiis Dei seruis regibus, tanquam lucida
 quedam in furiosis interualla fuerunt. Tum e- Isai. 48. 1. &
 nim omnes vno ore Prophetæ in clamabant 18 & c. 7. &
 aduersus Hierusalem: *Vos domus Israël iuratis* passim.
per nomen Iehoua, sed non in veritate neq; in iusti- Ier. 2. 3. 13. 14.
tia. Dixistis ligno, Pater meus es tu: & lapidi, Tu & d.
genuisti me: Prostituti fuistis sub qualibet arbore
frondosa: Obliti estis mei diebus innumeris: fecistis
vobis Deos secundùm numerum ciuitatum vestra-
rum, & secundùm numerum platearum vestrarum.

Ideoque de eo ait Iehoua, *Non est uxor mea, neque ego maritus eius: auferat fornicationes suas à facie sua, & adulteria sua ab uerbis suis, & adseredeat, &c.* Iehuda prophanauit sanctitatem meam, & filiam alieni Dei uxorem duxit.

Denique Prophete omnes quos in aduentum vsque Christi Dominus excitauit, & in prophetis omnibus singula capita nobis idololatricæ & adulteriorum Ecclesiæ cum diis fictitiis testimonium ferunt: quamobrem additis minis denunciant fore, ut repudium, nisi resipiscat, patiatur. Tum verò si quis, quæ fuerit eorum turba, quos aduersarij Ecclesiæ nomine insigniunt: Clerum intelligo, sacerdotes, scribas, prophetas ordinarios: constabit his acerbiores hostes Dei prophetas nullos expertos fuisse, à quibus in carceres conicerentur, & tanquam Ecclesiæ perturbatores morti adiudicarentur, eousque ut Dominus neget, conuenire quemquam è prophetis extra Hierusalem occidi. Patet hoc ex reprehensionibus & minis Iehouæ: Ad eos enim ut plurimū

Ierem. 20.

Luc. 13. 33.

Ierem. 16. 12.

Iesa. 28. 7. & 9

Esa. 56. 10.

Ier. 5. 30. & 31.

Verbum suum dirigit, de illis loquitur; *Sacerdos & propheta perplexi sunt ob siceram, obruti uino errant ob siceram, perplexi sunt in uidendo, vacillant in decernendo, &c. Quem igitur posthac docerit scientiam? & quem faciet intelligere auscultationem ab lactatos à lacte, & ab uerbis auulso?* Speculatores tui omnes, ô Iuda, cæci sunt, omnes sunt ignari, canes muti, latrare non possunt. Et, *Stupenda & horrenda sunt in terra, propheta uaticinantur falsò, & Sacerdotes applaudunt illis*

manibus

manibus suis. Facti sunt mihi omnes illi ut Sodomam, & habitatores eius ut Gomorrha: à Prophetis enim Ierusalem egressa est pollutio in uniuersam terram. Eousq; ut Ezechiel in visione viderit Simulacrum zeli prouocantis ad emulationem in medio Templo, & septuaginta seniores Israel, habentes vnusquisque acerram in manu sua ut adorarent. Res mira, aiunt Aduersarij: sic etiam loquuntur Prophetæ; & merito. Quam Ecclesia tam multis Dei beneficiis & temporalibus & spiritualibus ornata in tantam fœcordiam & monstrosam ingratitude deuenit. Sed Iehoua veris suis Prophetis extra ordinem & variis temporibus missis nobis horum rationem reddit; Repudiarunt legem Iehoua: Ideo que reddam vineam meam vastam, & exorietur in ea sentis & spina. Ingressi sunt in via non bona, id est, in cogitationibus suis & in viis suis delectati sunt. Visionem cordis sui loquuntur, non ex ore Domini. Cucurrerunt, & ipsos non misit; prophetarunt, & ad eos non loquutus eram. Propterea ecce ego cõtra Prophetas, ait Iehoua, qui suffurantur verba mea, quisque scilicet à proximo suo. Violenter discerpunt Legem meam, Sanctuaria mea prophanant. Laquei sunt populo meo, & blasphemiarum causa Gentibus. Ad eò ut Hierusalem, que dicebatur vrbs fida, mons sanctus, Quam, ut ait Propheta, in medio nationum statueram, ut illis esset exemplo, commutauerit iudicia, & statuta mea in impietatem, prophanarit sanctuarium meum omni genere pollutionum. Quòd si quis vrgeret legem Dei, viis suis renunciaret & viis Dei inliste-

Ier. 23. 14. & 15.

Ezech. 8.

Esa. 29.

Esa. 5. 6.

Ierem. 23. 16.

Ier. 14. 14. & ca. 23. 21. & 30

Ezech. 22. 26.

Ol. 5. 1.

Zach. 8. 3.

Ezech. 5. 5.

- rent, si item reformationem Ecclesiae, abicienda Idola, non esse populum traditionibus opprimendum; in promptu erat responsum: statim enim habebant in ore eadem quae nunc ab aduersariis audimus, *Egressi sumus de aquis Iuda; sumus domus Iacob; sancta Civitas Iehouae, Templum Domini; sumus Ecclesia; Ductores Israelis: speculatores populi: quicquid isti dicant, errare non potest nostra Ecclesia.* Nam, quicquid sit, *Annon Deus est inter nos, nec pertinget ad nos malum? &c. Percutiamus Ieremiam, percutiamus eos, nec sermones eorum audiamus.* Sed enim Iehoua per Prophetas quis sit sensus promissionum, longè aliter explicat, & ex minis ipsis ponderandas & exponendas esse docet: *Ne dixeris, Memoriam facimus in Deo Israelis; vocamur de sancta ciuitate eius, sed non facis memoriam in eo in veritate, & in iustitia: quum excoxero ad purum putum scoriâ tuam, tum verè diceris ciuitas fidelis.* Ne dixeritis, *Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini, sunt verba mendacia. Sed emendando emendate vias vestras, & post Deos alienos non abite. Nam domus ista, Templum hoc de quo gloriâmini, nonne factum est spelunca nebulonum facinorosorum? nonne in illud introduxistis omnes abominationes vestras? nonne Regina Caelorum efferuntur sacrificia in plateis Hierusalem? annon inter vos omnis perit fidelitas? Sed ite quaeso ad locum meum qui est in Silo, ubi collocaueram nomen meum antea, & videte quid fecerim ei propter malitiam populi mei Israël, &c.* Nam
idenz
- Esa. 48. 1.
 Ier. 7. & 18.
 Mich. 3. 11.
 Ier. 18. & 20.
 Esa. 1. & 48.
 Ier. 7.

idē faciā domui huic, in quā vos speratis; huic loco quem dedi vobis & patribus vestris; & eiiciam vos à conspectu meo, quemadmodum eieci omnes fratres vestros, nēpe vniuersū semē Ephraim, &c. Sed obiiciebant, Nonne tamen dicitur, De Efa. 2. 3.
Sion exhibit Lex, & verbum Domini de Hierusa- Jerem. 18. 18.
lem? Lex, dicebant Ieremiæ, num peribit à Sa-
cerdote, & consilium à Sapiente, & Verbum à Malach. 2. 7.
Propheta? Et, Labia Sacerdotis custodient scien-
tiam, legēmque ex ore eius requirent. Obiicis no- Mich. 3. 11.
bis, dicebant Michææ, abusus quosdam, fac i-
ta sit: sed, Annon Dominus est inter nos? Re- Efa. 29.
spondet Esaias, Timor populi huius erga me, est
mandatum humanum, est doctus præcepto homi-
num. Ideo, en ipse quoque addam, ut mirificè agāt
cum populo isto, mira scilicet & portentosa, nempe
peribit sapientia sapientium eius, & intelligentia
prudentium eius sese abscondet: miscebo eis spi- Efa. 63. 10.
ritum alti soporis, & constringam oculos Prophe-
tarum eius; eritque illis visio omnium perinde at-
que verbalibri qui ob signatus est. Siquidem, ait
Propheta, Quum rebellarent, & exasperarent Spi-
ritum eius sanctum, in hostem conuersus est eis, ita
ut ipse pugnaret contra eos. Inde fiet ut dicatur,
Ubi est qui eos fecit ascendere de Mari? qui
ducebat brachio suo magnifico Mosen, de-
prehendens dexteram eius? ubi est is qui dabat Lament. 2. 9.
in medium eius Spiritum suum sanctum? Ideoque
ait Ieremias, Non est Lex, & Propheta eius non Ezech. 7. 16.
inuenerunt visionem à Domino. Et Ezechiel, Pe-
riit Lex à Sacerdotibus, atque Consilium à Senio- Of. 4. 6.
ribus. Et Oseas, Quandoquidem oblitus es Legis

Dei tui, obliuiscar ego filiorum tuorum; & quãdo-
quidem in scientiam repulisti, reprobauit & ego te,
ne sacerdotio mihi fungaris. Ne dicite amplius,
Deus in medio nostri est; ne confidite amplius
vt Spiritus meus regat vos. Spiritus scorta-
tionum est inter vos, Iehoua recessit à vobis, quia
prauaricati estis contra ipsum, quia filios alienos
gignitis. Verè quidem ait Malachias, Labia Sa-
cerdotis custodient scientiam, legemque ex ore eius
requirunt: sed ea conditione, vt legatus esset
Domini exercituum, & verbi eius interpret &
nuntius. Sed vos recessistis de via, & offendiculo
posito, multos in lege impingere fecistis, & cor-
ruptis fœdus Leui. Vnde etiam reddidi vos con-
temptos & abiectos. Vides igitur vt Prophetæ
præfectos Ecclesiæ, præ quibus censebantur
mundi quisquiliæ, exceperint, qui sese teme-
rè ab erroris periculo vendicabant. In sum-
ma, illorum temporum Ecclesia infra Sama-
riam & Sodomam deiicitur. Præfecti princi-
pes Gomorrhæi, cõcilia & synodi coniurato-
rum in Dei prophetas conspirationes, sacri-
ficia denique adulteria vocantur. Ex eorum
verò numero quos Dominus immisit, vt ex-
citaret ad restituendum Ecclesiæ statum, vix
quidem vnus illius cœtus manus euasit tru-
ces, qui titulis & prerogatiuis Ecclesiæ sese
efferebat. Deus tamen in tam perturbato re-
rum omnium statu nihilominus Ecclesiã no-
rat. Nã respondet Eliæ, qui se solum esse puta-
bat, *Adhuc mihi reseruauit septem millia quæ nõ
procubuerunt coram Baal. Nisi enim,* ait Esaias,
Iehouab

Of. 5. v. 4. 6.
& 7.

Malach. 2.

Ifa. 1.
Ierem. 18.
Ezech. 22.

Jehouah reliquisset nobis paucos superstites, sicut Sedom fuisset, ipsi Amorrhæ similes fuisset. & alibi, Ecce ego & pueri, id est, discipuli, quos dedit mihi Deus.

Atque, ait Ezechiel, *Etiamsi eos disperferim in terras ad quas venerunt, fui tamen illis paululum ad Sæctuarium in nationibus ad quas venerunt.* Opponens Templo, quod destructum fuerat propter eorum abominaciones, modicum illud Sanctuarium in quo ab ipsis purè colebatur; huic Ecclesiæ visibili Israëlitas qui verè erant redempti, quos ipse suo sigillo ob signarat. Nec est quod respondeant, Quo tempore Ecclesia erat corrupta in Israël, puram & integrâ fuisse in Iuda. Quo etiam tempore conquerebatur Elias Dei cultum sub Achab suppressum sub Iosaphat conseruatum. Nam suprâ annotauimus ex Prophetis, & regum historia vno eodémque tempore Idololatriam inter vtrumq; populum viguisse ad eò etiam vt Samaria præferretur Hierusalè. Sed addimus, Paulum dum profert querelam Elię, ad Rom. ii. verbis expressis dicere, *Altaria tua suffoderunt.* Hoc autem in confesso est, Deum nullâ altaria probasse, nisi in Hierusalem; quæ erant Samariæ illi fuisse abominacioni. Addimus & alterum Sub Afa, Rege Iuda, qui fuit coætaneus ipsi Achab, & pater Iosaphat, Idololatriam in Iuda quoq; viguisse: Et quod Iosaphat in integrum restituit purum Dei cultum, demolitus est altaria, excidit lucos idolis consecratos; magno est indicio ab

ipſo Aſa fuiſſe extructa. Alioqui, quæ vis eſſet argumenti Pauli erga Iudæos, quos vult probare penitus à Dei mandatis rebellafſe; nec obſtitifſe tamè eiufmodi rebellionè, quin Deus pro ſua miſericordia exiguam partem & reſiduam reſeruarit ſecundum electionem gratuitam quemadmodum Eliæ tempore accidit?

*Sub ſecundo
de Templo.*

Tandem verò quū Iudæi ſalutares prophetarum admonitiones non admitterent, viſum eſt Domino infinita miſericordia penè vim illis inferre, emiſſa cælitus ipſiſſima ſalute, v-nico videlicet filio Domino noſtro Ieſu Chriſto. Quid Eccleſia? eandem aduerſus illum indolem retinuit, eodem prorfus excepit modo. Nullos habuit ſacerdotibus, ſcribis, doctoribus, Phariſæis magis infeſtos hoſtes, id eſt, (vt aduerſarij loquuntur) Clero ipſi, & iis quibus lex erat credita, & Eccleſiæ lumina cęſebantur. Si quando de Eccleſia reſtauranda ſermonem inſtituebat; templi exciſionè meditari: ſi de gratia Dei per Meſſiam oblata, in legè blaſphemare: ſi de regno cælorum, maieltati Cæſareę iniuriam eſſe criminabantur: quæ miracula edebat, principi dęmoniorum tribuebant: ſi ex ſcripturis diſſerebat, doctoris diplomata poſtulabant, fabriq; filium per ludibrium audiebat. Denique illorum omnia argumenta eadem eſſe videas, cum iis quibus magiſtri noſtri os nobis occludere conantur. Semen Abrahæ ſumus: Conſtituit nos Dominus νομοφύλακες: Eſt noſtri iuris ſcripturarum

inter-

interpretatio: hæc nihil ad vos, qui sacra vntione tincti non estis. Atqui illi ipsi suis glōsis, traditionibus, cabala, successione, interpretationibus, conciliis eousque immaniter Christum persecuti sunt, vt magistratus ethnici, qui ipsum iustum pronunciabat, manibus ereptum crucis supplicio afficerent. Age verò respondeat aduersarius quid quod ad externam Ecclesiæ faciem in illa desideret. Si antiquitatem, ex Abrahamo ducunt originē: Si vocationem, Scribę sunt & Pharizei: Si loci rationem habeant, Domus erat Dei: Si concilium, solēni ratione aduersus Christum coactum fuit, quem morti adiudicauit. Omnia videntur ibi ritē, & ordine administrari. Ergo siue populi cætum, siue præfectorum synodum spectent, Ecclesia visibilis fuit. At tamen negare quis audeat, in salutis negocio periculōsissimē errasse, quę Christum salutem ipsam crucifixerit? nisi fortē Christum salutem esse nostram inficietur. Cuius quidem nefandi sceleris causa est in promptu: Nempe, Christum non in lege & Prophetis, sed in suis quærebant traditionibus & cabalis. Qua de causa Pastores illum rustici agnouerunt: Isti canum potiùs in eum rabiem extimularunt. Nimirum terrenum regem sibi finxerant: de diuidendis orbis imperiis somniabant, quorum sibi quisque vel diadema vel gubernacula pollicebatur: Quum verum illum Christum egestate, nuditate, solitudine abiectum cernerent, ne locum quidem suis promitten-

Ioan. ii. 47.

Ioan. 12. 38.
Isa. 53. 10.
Isa. 6. 9.

Ioan. 12. 38.
Esa. 53. 1. & 6.
9.

Rom. 9. 11.

tem in quem caput ad quietem componeret
& tamē illud vulpibus natura cōcessit. Quin-
etiā tātum abest vt Christū agnitori essent eo
nomine quōd Ecclesiæ visibilis nomine glo-
riabantur, vt si cui fortasse hunc honorem illis
deferre contigisset, iis quibus familiaris erat
sacræ Scripturæ lectio, vel id argumento esse
potuerit, pseudochristum sibi obtrudi, quod
expresse Prophetarum testimonio prædictum
fuerat, eum illos minimè agnituros. Hæc, in-
quā, cōtigerunt *Israëlitis*, inquit Paulus, *Quo-
rum est adoptio, & gloria, & fœdera & legis con-
stitutio, & cultus, & promissiones. Quorum sunt pa-
tres, & ex quibus Christus quod ad carnē attinet.*
*Nimirum propter reiectum gloria Dominum, eo-
rum diminutio opulentiæ fuit gentium: & eorum
abiectio reconciliatio mundi.* Itaque tantum ab-
fuit, vt Deus suorum perfidia genus humanū
repudiauerit, vt populi sui cecitate adductus,
ex diuite sua gratia gentes quæ populus Dei
non erant, in populum adoptauerit. Facessat
igitur inepta conclusio: Errare non potest Ec-
clesia: Fides est enim Deus in promissis. Ita
potiùs concludamus: Sibi perpetuò constat
Dei veritas & misericordia, qui Ecclesiæ re-
pudium non mittit, tum etiam quum ab illo
diuertit, & prodigiōsè lasciuit: sed visceribus
eo magis genus humanum amplectitur, iu-
stūmque furorem misericordia commutat,
cuius nostra memoria extat exemplum insi-
gne in tanto numero, quem ex Papatus sordi-
bus partim eduxit, partim in dies educit. Eā-
que

que omnia, ait, *Non propter te ego facio, ò domus Israël, sed propter nomen meum sanctum ne polluat* & blasphemetur inter Genes. Quoniam, *di-* Ier. 31.
lexite te dilectione perpetua, ideòque beneficentia
attraxi te, &c. Denique quia *sum Iehoua qui nò* Malach. 3.6.
mutor, vos filij Iacob non estis consumpti, qui tamè
à diebus Patrum vestrorum à statutis meis reces-
sistis, nec custodiistis ea.

Superest vt videamus, ecquid Ecclesia Chri Ecclesia sub gratia erravit.
 ftiana amplioris priuilegij, ne errare posset, habuerit. Hic autem meminisse nos oportet, Ecclesiam Catholicam, id est, per vniuersas orbis plagas diffusam, nec iam Dei promissiones vni cuidam populo aut loco affixas esse, sed quemuis & locum & populum spectare, apud quos Dei cultus & adoratio viget. Act. 10.
 Habet autem hæc Catholica Ecclesia præclaras & eximias promissiones: Ezech. 37. 26.
Percutiam cum eis fœ-
deris pacis: Fœdus perpetuum erit mihi cum eis: Po-
nam sanctuarium meum in medio eorum in secu-
lum: Ero eis in Deum, & ipsi mihi erunt in popu-
 lum. Hæc Ezechiel de fœdere in aduentu Christi cum Ecclesia Catholica fanciendo. Sic & Mat. 28.
 Christus: *Ecce ego vobiscum sum ad consumma-* Ioan. 14.
tionem vsque seculi. Item, *Mittam vobis Para-*
cletum, qui vos docebit omnia, &c. Matth. 16. 18.
Portæ infero- Tim. 3. 15.
rum non superabunt Ecclesiam meam. Et Paulus
 ait, *Ecclesia est columna & firmamentum veri-*
tatis, &c. At enim ne nobis Iudæorum exem-
 plo Ecclesiam fingamus visibilem, quæ perpe-
 tuo tenore hæc sibi polliceatur, nihil sollicitæ
 qualem ipsa se præbeat: vbique apposita extat

conditio: *Si vocem meam audieritis, sitis mihi populus, docueritis ea qua ego precipio vobis, si me amaueritis, & permanseritis in sermone meo. Alio- qui, inquit Christus, nisi manseritis non potestis esse mei discipuli.* Spiritum autem Christi quo doceatur, qui si illis adsit vi sua ne errent, frustra iactare certum est eos, qui non sunt Christi discipuli. Ergo visibilis Ecclesiae Christianae prerogatiua non in eo sita, vt ne falli aut errare non possit: sed quum sit Catholica, si qua pars labatur, eam altera erigit: Illa si ab- erret, haec in viam reuocat. Hic etiam sin- gula membra munere suo defunguntur, vbi du- ces insigniores Ecclesiam perditum ducunt. Addo etiam ex Catholicae elogio, singularum Ecclesiarum supercilium deprimi debere, ne sese ab erroris periculo immunes constituat. Hoc enim aut illo, siue polluto siue euerso te- plo, non iam vt antiquitus desinunt sacrificia: sed ex ruderibus disiectisque lapidibus alia rursus alio loco antehac inani costrui possunt. Hoc ipsum est quod docet Patres in hac loca,

Matth. 28. [*Ero vobiscum vsque ad consummationem seculi*]

In dial. cum Tryph. Iudaeo Verum est, ait Iustinus, *cum eis qui per illum re- missionem peccatorum acceperunt, in quibus conti-*

De Trin. c. 12 *neuter virtute adest.* Et hoc sensu Tertullianus ait, *Est nobiscum Deus, imò multò magis in nobis.*

In Pl. 123. & 124. Et Hilarius, *Ad hunc habitantem in nobis gau- dia nostra referamus. Adest quum fideliter inuo-*

De humil. Christ gene- rat. *catur, &c. Basiliius, Nunquam cum Sanctis Do- minus esse desinit.* Et Augustinus, *Omnibus dice-*

De Gen. ad lib. 1. 6. c. 8. *bat quos suos esse videbat; [Ecce ego vobiscum sum,]*

&c.

&c. Sicut Deo notus erat Propheta cui dixit; Priusquam te formarem in utero, noui te, &c. Et Chrysoftomus, Quum dicit, Ecce ego, &c. non ad Apostolos tantum loquitur, sed per eos ad uniuersum prorsus orbem. Item, Non cum illis solum, sed cum omnibus qui post eos credituri fuerant. Item; Tanquam uni corpori loquitur fidelibus. Ambrosius, [Euntes ergo docete] &c. Item, [Ecce ego vobiscum sum] &c. Nunquid hac preceptione vllarum nationum vllorumve hominum facta discretio est? Neminem merito exceptit, neminem separauit genere, neminem conditione distinxit. Ad omnes prorsus homines missum est Euangelium crucis Christi; & ne predicantium ministeria humano tantum viderentur opere peragenda; [Ecce ego, inquit, vobiscum sum.] Omnibus igitur iniunctum est predicandi munus; omnibus promissum, nulla adhibita distinctione, qui muneri sibi commisso incubuerint, diuinum hoc auxiliu. Apertius Augustinus, [Ecce ego, &c.] Quod non ipsis solis, sed vniuersæ Ecclesiæ promississe dicendum est, quæ aliis morientibus, aliis nascentibus hinc usque in consummationem seculi futura est. Non igitur particulari; puta Romanæ. Chrysoftomus eodem sensu; Non cum illis modo se futurum dicit, sed cum iis omnibus qui post eos credituri sunt: Non enim Apostoli usque ad consummationem seculi victuri erant, sed tanquam uni corpori loquitur fidelibus. Neque verò mihi, inquit, rerum difficultat em obiciue; [Ego enim, &c.] Hoc ipsum & in Veteri Testamento assidue Prophetis dicebat. Leo I. [Ecce ego] &c. Hæc dicit confirmans

In 4. ca. Mat.
hom. 15.

In Mat. c. 18.

De vocat.
Gent. l. 2. c. 1.

Epist. 86.

In Matt. ho-
mil. 9.

In Epist. ad
Rusticu Nat-
bon.

predicadores & Euangely Ministros. Si igitur exponamus hunc locum, vt ex Patribus quidam, de electis, ex quibus conflatur Inuisibilis Ecclesia; non eximet visibilem Ecclesiam errore: Sin verò interpretemur de vniuersali visibili, tantum abest vt faueat Romanæ Ecclesiæ, vt illi potius aduersetur; siquidem erroris infimulat, etiam in iis quæ ad salutem faciunt, omnes Orientales & Meridianas Ecclesias, quoddam non agnoscant. Excidet itidem illi è manibus alter locus Pauli: Nam, inquit Irenæus, [*Ecclesia est columna & firmamentum veritatis*] Sed Dei voluntatem Apostoli in Scripturis nobis tradiderunt, columnam & firmamentum fidei nostræ futurum. Item, *Columna & firmamentum Ecclesia est Euangelium.* Augustinus, *Tu Deus noster fecisti nobis firmamentum veritatis; Non ve Templum Iudaicum: Hoc enim continet fidem & predicationem; quia columna & firmamentum Ecclesia, Veritas.* Theodoretus, *Domum & Ecclesiam Dei appellauit eorum cœtum qui crediderant: Eos dixit columnam & firmamentum veritatis; Supra Petram enim fundati, stabiles & immobili-*
les permanent, nempe ait Petrus, Lapides viui, positi in domo Dei viuentis super lapide angulari, qui est Christus, in quem qui crediderit, non pudebit. Si igitur hunc locum intelligunt de Ecclesia Vniuersali Visibili, cuius erat pars ea in qua tum commorabatur Timotheus: hanc Romana infimulat erroris; & asserit à salute defecisse in præcipuis ipsius partibus. Et certè salutem amplecti non poterat quin Scripturis
 adhuc

Lib. 3. c. 1.

Cap. 11.

L. 13. cōf. c. 15.

In 1. ad Tim.
c. 3.

1. Petr. 2. 5. &
6.

adhæreret. Sin verò de Electorum cœtu, quid hoc ad stabiliendam Visibilis ἀναμάρτητος? Sequemur igitur Patrum sententiam de Ecclesia fundata super Petra; super confessione nominis Christi, quam Porta inferorum non superabunt. Nam, ut ait Origenes, *Portas eas superant qui non recesserunt ab eo qui dicit, Ego sum ostium.* Item; *Qui ab illis portis superantur, neque Petra, neque Ecclesia, neque pars Ecclesie sunt.* Omnes, verò, ait alibi, quibus non prævalent portæ inferorum, *Propheta, Apostoli, &c. petrae sunt, & fundamenta eorum qui superadificantur, &c. lapide angulari Christo.* Intelligit ergo de electis. Et Hilarius de vera Fide in Christum. Sic enim ait, *Hæc fides, Ecclesie fundamentum est: Per hanc Fidem, infirma aduersus eam sunt portæ inferorum, &c. Hæc fides paterna reuelationis est munus.* Et Lyranus, *Non præualent à vera fide, subuertendo. Ex quo patet, quòd Ecclesia non consistit ex hominibus, ratione potestatis aut dignitatis Ecclesiastica, vel secularis; quia multi Principes & summi Pontifices inuenti sunt apostatasse à fide. Propter quod Ecclesia consistit in iis personis in quibus est notitia vera, & confessio fidei & veritatis.* Et Cardinalis Caietanus, *Aduersus Ecclesiam qua constat ex congregatione fidelium in vna fide, spe & charitate. Ferus; Contra Ecclesiam, & verè credentes, &c. Habes hîc petram, etiamsi ei soli innitaris. Non loquitur autem hîc de Ecclesia, sicut communiter accipitur, pro his qui Christiani dicuntur siue boni, siue mali, &c. Sed de Ecclesia secundum spiritum, qua so-*

In Mat. c. 16.
tract. 1.

In Mat. tract. 35.

De Trin. li. 6.

In Mat. c. 16.

In eundem locum.

In eundem locum.

Matt. 5. 13. & 14. *los electos complectitur. Et verè, ait Christus, [Vos estis sal terra; vos estis lux mundi] Sed addit, [Si sal infatuatus fuerit, nihil valet, nisi ut conculceatur à quibusuis. Si lumen quod est in eo tenebra sunt, ipse tenebra, quanta?] Deniq; [ne ambulemus in tenebris, sequamur illum qui est lux mundi.] Hoc igitur non est impossibile. Eoque sensu hæc loca proferuntur in Concilio Basiliensi, vbi etiam citatur Hieronymus, qui ea exponit de Doctoribus, de ipsis quoque Apostolis qui errare possunt; imò etiam de Petro & Paulo. Aeneas Syluius; [Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est,] inquit Dominus, [et vos estis palmites. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollit] Verba sunt ad Apostolos dicta, inter quos Petrus erat, quem etiam auferri vult, non afferentem fructum. Hieronymus quoque super illis *Marthæ* verbis [Sed infatuatum ad nihilum prodest, nisi ut proiciatur foras, &c.] In persona Petri & Pauli, inquit, non est facile stare in loco Petri & Pauli & tenere cathedram iam cum Christo regnantium [infatuatum sal] id est, stultus Prelatus, insipidus in predicando, & fatuus in delinquendo, [ad nihilum prodest, nisi ut proiciatur foras] id est deponatur & conculceatur à porcis, à demonibus, qui dominantur nudo Prelato, tanquam pecori suo. En clarum Hieronymi testimonium, &c. Hieronymus, Sal appellantur Apostoli, qui a per illos uniuersum hominum conduxit genus: Quod si sal, &c. id est, Si doctor errauerit, &c. Caue antergo Doctores & Episcopi, &c. Verebatur Paulus ne serpens ille subdolis qui Euam deceperat
 Corin-*

Corinthios à Christo & pristina castitate abdu-^{2. Cor. ii. 3.}
 ceret, si ab Euangelij puritate vel tantillum re-
 cederent. Quorsum si errare non poterant, il-
 lud ipsum metuebat? Idem Galatas obiurgat,^{Gal. i. & 3.}
quibus ob oculos Christus depictus fuerat, inierque
eos crucifixus, quòd tam citò in aliud Euangelium
transferrentur. Non modò igitur id contingere
 potest, sed superstitibus Apostolis re ipsa con-
 tigit. Exprobrat quoque Iohannes Ecclesie E-
 phesinæ, [*quòd charitatem suam primam omise-*
rit] Et Pergamensi, [*quòd in suo cœtu habeat ali-*
quos qui doctrinam Balaam retineant, & qui e-
tiam retineant haresin Nicolaitarũ;] Thyatiren-
 si, [*quòd permittit mulierem Iezabel, qua se di-*
cit prophetissam, docere & seducere seruos Christi]
 Hæcne erant leuia peccata? Quid quòd Thes-
 salonicenses admonet, Antichristum filium il-
 lum perditionis in templo Dei, id est, Eccle-
 sia, sedem occupaturum, vt omnia pessumda-
 ret, qui etiam ab illis temporibus mysterium
 iniquitatis operabatur? Ergo nõ in minutiori-
 bus quibusdam rebus, sed in negotio ipso sa-
 lutis errare potest, quæ ipsam in medio sinu &
 visceribus admittat & foueat perditionem.
 Idem verò senserunt Patres omnes, & apud
 eos inaudita fuit hæc præsumptio, Christianas
 Ecclesias siue eas coniunctim in vno populi
 corpore consideres, siue in eo quod Ecclesiam
 representatiuam nuncupât, errare non posse:
 quamuis Deus semper manum porrigat mē-
 bris omnibus sui Christi, vt eos ad salutem e-
 rrigat & confirmet: membris, inquam, id est,

Apoc. 2. ver
 4. 14. 15. 20.

L. 4. c. 43.

L. 3. c. 3.
Hom. 6. in
Ezech.Hom. 8. in
Ezech.In Matth.
tract. 11.

electis, ex quibus hæc conficitur & componitur Spōsa; hæc Ecclesia, quæ, vt vidimus, propriè dicitur cætus eorum, quos voluit prædestinare ad vitam æternam. Irenæus ait, *Eis qui in Ecclesia sunt Presbyteris obaudire oportet, his qui cum Episcopatus successione, charisma veritatis certum, secundum placitum Patris, acceperunt, reliquos verò qui absistunt à principali successione, & quocumque loco colliguntur, suspectos habere, &c.* Non igitur existimat fieri nõ posse, vt aliqua deficiant Ecclesiæ: imo alibi videmus eum in restauranda Ecclesia Corinthiaca admodum laborare. Origenes, *Civitas Dei, quandiu non peccauit, pater eius erat Deus, at ubi peccauit, pater eius Amorrhæus, & non Deus. Quandiu non peccauit, mater eius Spiritus Sanctus; quando peccauit, mater eius Ceribæa &c.* Quæ autem de Hierusalem dicuntur (addit interiecta pagina) ad omnes homines pertinet, qui sunt in Ecclesia. Item, *Novæ doctrine fornicatio Hierusalem, quæ ædificat lupanar in omni via, &c. sic & heretici, &c.* Applicat enim illud ad Ecclesias quæ in hæresin degenerat. Id eoque dicit alibi, *Nunc arbitror Templum Dei ex lapidibus vivis constructum, esse Ecclesiam Christi, &c.* Et si rationabiliter super Hierusalem fleuit, rationabilius flebit super Ecclesiam, ædificatam quidem vt esset domus Orationis, factam autem propter turpia læcra & luxus quorundam Principum populi, speluncam latronum, &c. Et arbitror convenire verbum de venditoribus columbarum, iis qui tradunt Ecclesias irreligiosis
Epi-

Episcopis aut Presbyteris. Dicit itē alibi, *Legamus Veteris Testamenti historias, &c. Evangelia, Pauli Epistolas, &c. Et scribamus in cordibus nostris, ut non iradatur & nobis libellus repudij, &c. Quod antiē de Ecclesia Iudaica dixerat.* Vide ut moneat, timendum esse ne libellum repudij mittatur illi à Domino. Cyprianus, *Si quis de antecessoribus nostris, vel ignoranter, vel simpliciter non hoc obseruauit & tenuit, quod nos Dominus facere exemplo & magisterio suo docuit, potest simplicitati illius de indulgentia Domini venia concedi; nobis autem, &c.* Et certē in Cōcilio Carthaginensi pro Anabaptismo pronuntiatio facta est; qui manifestus est error in fide. huic Concilio interfuit Cyprianus. Basiliius, *Di his Ecclesiis quae puritatem Sacramentorum & dogmatum cōtaminant, potest dici; Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis?* Ambrosius, *Christus est solus quem nemo deserere debet, nemo mutare; cui bene dicitur, Domine, ad quem ibimus? Verba vitae aeternae habes. Fides igitur imprimis Ecclesiae querenda mandatur, in qua si Christus habitator sit, haud dubiē legenda: Sin verō populus perfidus, aut praceptor haereticus, deformet habitaculum, fugienda Synagoga censetur: Si qua est Ecclesia quae fidem respuat deserēda est.* Nec etiam Hieronymus iudicat illud impossibile, quum refert locum Ezechielis de Oholā. i. Samaria, generante liberos Deo, & educante ipsi Moloch; ad Ecclesias Christianas dum in haeresin degenerant; ipsum quoque locum Ieremiae de Siloh, ad Ecclesiā vni-

In Hierem.
hom. 14.

De sacram.
Calicis.

In Esa. c. 1.

In Luc. 1. 6.
c. 9.

- In Ezech. c. 16. uersalem. Sic enim ille, *Nostra quoque Hierusalem, si haeretica fraudulentia supplantata fuerit, tollit filios suos, &c. & tradit demonib. deuorandos; & qui interficit, uiuificare se credit. Itē, Sicut Siloh, Templi exemplum est, ita Templum nobis, quando tempus aduenerit illius testimonij [Putas ueniens Filius hominis, inueniet fidem in terra?] Siloh, inquam, & Templum, quæ iusto Dei iudicio euerfa sunt propter ipsorum abominationes, quibus non eximitur Christiana Ecclesia, ad quam accommodat Ieremie verba [A Sacerdotib. egressa est cultus diuini prophanatio, &c. Peribit lex à Sacerdote, & consilium à Sapiente, &c. Quoniā, ait, hac non solum eo tempore quando Babylonius contra Hierusalem ueniebat exercitus, à Prophetis, Sacerdotibus, & Senioribus requirebantur, sed quotidie in Ecclesiis requiruntur: Quæ si Legem, Visionem, & Consilium perdiderunt, frustra se sacerdotes, & Prophetas, & Seniores habere iactant. Quoniam, ait Glossa, Et illi malè arguebant; quia sicut Dominus dat sua beneficia perseuerantibus in bono; ita etiam subtrahit obstinatis in malo. Hocque nominatim & ex professo dicit de Præfultibus Ecclesiæ Christianæ. Iisdem igitur minis obnoxia est quib. fuit Iudaica, sicut eius & Præfules iisdem quibus & Iudæorum. Qui, ut ait, Tertullianus, in gratia erant apud Deum, ubi & insignis iustitia, & fides originalium auctororum; Unde illis, & generis magnitudo, & regni sublimitas floruit, & tanta felicitas, ut Dei uocibus, quibus edocebantur de prome-*
rendo.
- In Ezech. c. 7. l. 2.
- In Ezech. c. 7. l. 2.
- In Hiero. 18. v. 18.
- In Apolog. c. 2.

rendo Deo, & non offendendo præmonerentur, sed quanta deliquerunt fiducia Patrum inflati ad declinandum, deriuantur à disciplina in prophanium modum, &c. Augustinus, Et ipsa Concilia quæ per singulas regiones & prouincias fiunt, plenariorum Conciliorum authoritati, quæ fiunt ex vniuerso orbe Christiano, sine vllis ambagibus cedunt: ipsaque plenaria sæpe priora posterioribus emendari sine vlllo typho sacrilegæ superbia. Concilia verò, ex Aduersariorum sententia vnumquodque proportionè sua repræsentant Ecclesiam, siue particularem siue vniuersalem.

Lib. 2. con.
Donatist. c. 3.

Chrysofomus, Nō ille de Ecclesia exit, qui corporaliter exiit, sed qui spiritualiter veritatis Ecclesiasticæ fundamenta relinquit. Nos ab illis exiimus, locos illi à nobis fide. Nos apud illos reliquimus fundamenta parietum, illi apud nos reliquerunt fundamenta Scripturarum. Idem, Ex quo hæ-

Homil. 46. in
Matth.

resis impia, quæ est exercitus Antichristi, occupabit Ecclesias; nulla probatio potest esse veræ Christianitatis, &c. nisi Scripturæ diuinæ. Hinc igitur liquet quosdam esse Ecclesias quæ secessionem faciunt à Fide; Ecclesias esse quæ à partibus Aduersarij Christi stant. Et sanè à primis illis temporibus conqueruntur Patres. Hila-

Homil. 4. in
Matth.

rius ait, Hæc de comparatione tradita nobis olim Ecclesie nunquam deperdita res ipsa clamanit, &c. Coarctata sunt tempora, &c. Et necesse est nos in eam ætatem Antichristi incidisse, cuius, secundum Apostolum, ministris sese in Lucis Angelum transformantibus, ab omnium ferè sensu & conscientia is qui est Christus aboletur. Item Basi-

Con. Augēt.

Epist. 70.

Cap. 32.

lius, Quoniam à nostris locis exortum Euangelii regni, in totum orbem egressum est; hac ratione communis animarum nostrarum hostis, & *δοσ αοίας* *αοερατα*, quæ in eisdem nostris locis initium ceperunt, in vniuersum orbem irruere contendit. Et quam nobis faciem Ecclesiæ repræsentat in Epist. sua 70. Dicit Hieronymus, Solam fecem superesse, idq; spirituum purientium inuentionibus auerentium sese à Scripturis suis ipsorum imaginationibus. Vincent. Lyrinensis supra dicebat, Quæ eò audacia prorumpit Ecclesia vt expungat, addat, mutet, tum ad destructionem omnia vergere: Siquæ ibidem demum necesse est impiorum ac turpium errorum lupanar, ubi erat ante casta & incorrupta sacrarium veritatis. Si igitur boni illi Patres, quum prorsus alia tum esset quàm quæ hodie est Ecclesiæ forma, tamen suspiriis & votis ad reformationem tendebant, quam nunquam satis opportuno tempore obtineri posse arbitrabantur; Quid quæso de illis dicturi sumus, qui illam vt vitent, se *αυαμασπντες* esse & fuisse pronuntiant: idque multis post seculis; quanuis Pastores tandiu profundo somno sopiti fuerint, & nullum non mouerit interea lapidem Sathan, vt penitus Ecclesiam pessundaret: tot corruptiones etiam in eam irrupserint, nisi quod apud se illi constituerint ne rationes referre cogantur (quod potissimum auersantur) & quandoquidem in tam multis requiritur reformatio; totis viribus eniti ne ille fiat: Age verò, ipsa nos quoque experientia doceat. Constabit vbi cumque vel
Chri-

ftus ipfe vel Apostoli puriffimum illud veri-
 tatis femen seminarunt, vigilantiffimum dor-
 mientibus hominibus Satanā zizania & men-
 dacium fparfiffe, tantāque illud industria & di-
 ligentia ftercoraffe, & excoluiffe, vt femen il-
 lud Domini plerifque locis fuffocatum fue-
 rit, vfque aded vt & agri & melfis ei dominiū
 tribueretur. Zelus Circūcifionis iam ab ipsis
 Apoftolorū temporibus mixtura religionem
 Christianam adulterauit, ipfo etiam Petro cō-
 niuente. Paulus ita exinaniri crucem Christi
 docebat. Auguftinus etiam nonnullis locis hæ-
 refim appellat. Inde contigit, vt Discipuli qui
 Circumcifioni addicti erant, quum bene mul-
 ti Orientem verfus & Austrum ad promul-
 gandum Euangelium paffim excurrerent, fic
 Ecclefias contituerunt, vt legis & gratiæ do-
 ctrinam permifcerent, vmbra cum corpo-
 re cōiungerent: ex quo fonte prodiit illa apud
 multos Baptifmi fimul & Circumcifionis in
 Ecclefiam initiatio. Neque verò infinitas hæ-
 refes perfequor diuerfis nominibus & fchif-
 mate diftinctas: fed profero labem in floren-
 tiffimarum Ecclefiarum tum temporis corpo-
 re, quæ mirum in modum in dies accreuit.
 Rurfus gentes, quas fibi Chriftus fuo qualque
 tempore è paganifmo afferuit, Ecclefia præ-
 fertim iam paulifper respirante, atque idcir-
 cò puritate, diligentia, zelo remiffiore, quum
 ex profundiffima idololatriæ abyffo emerge-
 rent, inueteratam confuetudinem prorfus ab-
 iicere non poterant: Egregia templa fuis idōlis

construxerant. Operepretium se facturos censuebant si ea sanctis & martyribus consecrarent, suis capsis sanctorum reliquias substituebant: Petri & Pauli aliorumque; statuis, abiecto Ioue, Marte, Iano, plurimum delectabantur: mortuis inferias, preces, sacrificia, luminaria quibus suis de more parentabant, Platoniam de purgatorio sententiam sequuta; mutata tantum forma, humanitatis colenda causa libenter retinebant. Ea pastores partim quod ex eodem paganismo emerissent probabant: partim ne sub initia rudiores abalienarent, ferebant: ea sensim se abrogaturos, eadem ratione qua Paulus ceremonias legis & zelum cum humanitate coniunctum ad meliorem usum translaturum, sperantes. Quousque tandem successores, dum temere ab iis pendent qui praecesserant, nec expendunt quae illos causa ad haec ferenda permouisset, idem semper opus promouerunt, eique fundamento stramineo superstruxerunt, donec eousque progressa est quo videmus superstitio. Hinc igitur horum futilitas, istinc humana prudentia rem eò deduxit. Et qui spectabit quae sit hominis natura, quantumque valeat consuetudo vetus vel minima probabilitatis specie nixa, ut eam vix immutari sustineat, facile concedet, eos qui mutationem tentant, praclare secum actum existimare, si quod caput est obtineant, in iis quae minutiora censentur iuri cedentes: cuius rei exemplum nostra memoria, Ecclesiae magno malo, quum reformari coepta est, exper-

ti su-

ti sumus. Neque enim attendunt hi qui Græco abutuntur prouerbio κακὸν καλῶς κείμενον μὴ κινεῖν, hæc leuiores tam accurata diligentia ab aduersario illo excoli, vt segnescente nostro in irrigandis veris plantis studio, hæc ab illis tandem suffocentur. Hac via vt plurimum errores Ecclesias Æthiopicas, Syriacas, Armeniacas, Græcas, Russias, Scythicas peruasisse. Ad do etiam Mahumeti cum suis dogmatibus ea ipsa via ingressum patuisse, qui iam Romano inclinante imperio, Iudæorum cum Christianis diffidiis fretus, Sergium quendam Nestorianæ hæresis monachum nactus, Alcoranum ea arte contexit, vt Nestoriani Christiani partim illius potentia adducti, partim quoddam idem de Christi persona secum constituere viderent, se tandem abripi passi sint. Iudæi autem Messiam illum admiserunt, partim Circumcisionis & ceremoniarum causa, quas illis intactas relinquebat, partim quoddam armis salutem polliceretur. Hac igitur ratione subingressæ sunt hæreses Ecclesias Christianas: Et quidem tanto in multis incremento, vt (quod ferè fit) bono in deterius vergente, malorum autem rerum continua semper accessione tandem ab hæresi quibusdam locis ad infidelitatem sint prolapsæ. Atqui illæ ipsæ Ecclesiæ ab Apostolis constitutæ fuerunt: Sacras scripturas admittunt, Christumque seruatorem agnoscunt (eas excipio, quibus, quum Mahumeticæ impietati sint addictæ, Ecclesiarum eulogium perit) perpetuam retinent Episcoporum

rum & Patriarcharum successionem, & in ministerio vocationem ordinariam. Multoque plures regiones occupant, quàm quæ Episcopum Romanum caput Ecclesiæ agnoscunt. Iam quæro à Romanæ Ecclesiæ præfectis, Ecclesiæ illæ in doctrina salutis aberrent an non? Erroris sat scio damnabunt: Quoniam Imagines ferre non possunt, nec panem adorant, utramque in sacramento speciem participant, presbyteri apud eos nubunt, purgatorium ignem nesciunt: Et ut paucis absolvam, insignes istorum errores refugiunt, ac in primis à Papæ tyrannide abhorrent, qui tamen (si istos audias) præcipuus est fidei ad salutem necessarius articulus. Atqui inde conficitur ipsorum etiam confessione, Christianam visibilem Ecclesiã aduentu Christi eiusmodi privilegium non esse consequutam, ut ab erroris periculo sit immunis, in iis etiam quæ salutem spectat, quantumvis promissiones & fœdera, quorum meminimus, prætendat. Sin illos errare negent quod ad salutem attinet: Romanam ipsam errare necesse erit, quæ iam tanto tempore communionem interdicat, & salute quantum in se est abdicat tot nationes & populos, qui viam salutis insistunt: siquidem ut fert eorũ axioma: *Qui credit esse Fidei id quod non est, errat in fide.* Quin & istam illæ merito excommunicatione feriunt, propter damnata, quibus corruptam esse iudicant, dogmata.

Pieus de ordine cred.

Romanam Ecclesiã errasse.

Excipiunt, non illarum, sed Romanæ proprium

prium fuisse priuilegium, sedemque Petri inter Apostolos præcipui ea prærogatiua donatam esse, ne errare possit. Nondum præsumptiuas istas prærogatiuas excutimus, quod erit proximo capite præstandum: Hoc tamen sequitur: Quandoquidem tanta vis inest sedibus; Hierusalé, quæ sedes Dei fuit appellata, errare non potuisse: Ecclesiá quoque Christi illic collectam eodé priuilegio ornatam fuisse, in qua quí Christus docuit, tum quæ sunt salutis impleuit: Nec minus eo nomine Antiochena Ecclesia in Romanam sese efferet, quæ prima est Petri sedes, & in qua primùm Christianum nomen auditum legimus. At enim Hierusalem cruci Christum affixit: Palestina verò Antiochiæ, vicinarumque regionum Christiani errant in fide, & à via salutis absunt quàm longissimè: In eo etiam, quòd ait Thomas¹, *Crederet quod oportet subesse Papæ est de necessitate salutis*. Hinc efficitur, Romam ab erroris periculo non liberari, ne si quidem quam venditant Petri sedem illis concedamus. Age verò ut Petrum errasse, & à Paulo reprehensum esse, taceamus: Respondeant, hanc ne prærogatiuam Papæ, an verò Romanæ Ecclesiæ à Petri sede donatam velint. Si Papæ dicant: ² Marcellinus gentium Idolis litauit; Zepherinus³ Montanistis, accensetur; ⁴ Liberius & ⁵ Fœlix, Arrianis. Sic de Liberio Bellarminus, *Vidi literas Liberij ad Constantium & Episcopos Orientales, quibus promittit se velle Imperatoris voluntati acquiescere*. Item, *Consen-*

¹In opusc. s. con. errores Gregorum.

²Damas. in Pontif. Concilij Siquesfanum. Platina & Volaterranus in Marcellino.

³Tertul. adu. Praxeac. i de Zepherino.

⁴De Liberio, Athanasius in Epist. ad solitariam vitam agentes.

Hieronymus in catal. scriptorum Eccles. & in Chronica. Platina in Liberio.

Bellarmin. l. 4. de Papa c. 9.

⁵De Fœlice Hieron. in catal. Socr. l. 2. c. 29.

De Anastasio, liber Pö-
tificū, Platina, Gratian.
D. 9. C. Anastasius, & ibi
Glossa. *sit in damnationem Athanasij.* Anastasius II.
Acatianis; Vigilius, Eutychianis; Honorius,
Monothelitis. Sic de Honorio Leo II. *Honorio
profana proditione fidem subuertere voluit.* Item
Concilium Romanum sub Adriano II. *Hono-
rius propter heresin anathematizatus.* Item Se-
ptima Syn. sess. vlt. *Honorio, & ceteris Mono-
thelitis anathema.* Monothelita item iudica-
tur à Concilio VI. Vniuersali: Omnes illę he-
refes insignes: quęque maxima ex parte ad-
uersus personam Filij Dei diriguntur. Hoc
etiam ipsum narrat Concilium Basiliense. De
Gregorio VII. Hildebrando dicto, scribit Ben-
no Cardinalis, declaratum fuisse hæreticum,
atq; idē excommunicatum è cœtu fidelium,
torfisse Scripturas, vt mēdacio faueret; (quod
est, ait ille, Idololatria) dubitasse de præsen-
tia Christi in Sacramento, ad cuius rei proba-
tionem illud in ignē coniecerit; Magiæ peni-
tus fuisse deditum, eamq; publicē fuisse pro-
fessum, &c. Cui potius adhibenda videtur fi-
des quàm illi qui tum Archipresbyterij mu-
nere fungebatur in Romana Ecclesia? aut
quis vnquam huius stylum imitari, vel ef-
fingere potuisset? Antonin. & Vincentius sic
de eodē, *Moriturus confietur se, suadente Dia-
bolo contra humanum genus iram & odium con-
citasse, &c.* Docuit Iohannes XXII. animas è
corporibus migrātes, nisi Resurrectione per-
acta, faciem Dei non intueri; Error ille con-
demnatus est in ipsius persona; ab omnibus il-
& 16.

De Ioā. xxxii.
vide Occam
en opere 93.
dierum.
Adrian. 6. Pa-
yam de con-
fir. circa finē
Gerson. in
ser. de Pasch.

lius ætatis Vniuersitatibus.

Euge-

Eugenius tandem à Concilio Basiliensi de-
 claratur infidelis, membrum Diaboli, hæreti-
 cus, veritatis inimicus iuratus. Hoc Decretū
 ad vnum omnes qui in hoc Concilium con-
 uenerāt, approbant, ipsique Principum lega-
 ti: & publicè solenni modo in medijs Reli-
 quiis promulgatur: Adeò vt Præsules, quos
 pestis Concilij tēpore extinxit, dixerint mor-
 ribundi, Preces fundite apud Deum pro iis
 qui Papam Eugenium agnoscunt, quoniam si
 in hac fide interierint, salui esse non possunt.
 Addendum & hoc, nulla re magis quàm abro-
 gandis prædecessorum decretis delectari, sic
 sanè bene de seipsis inuicem sentiunt; Grego-
 rius I. de Pelagio, Sabinianus & Innocentius,
 de Gregorio I. &c. Stephan⁹, de Formoso; Ro-
 manus de Stephano, &c. Adhęc plenè sunt hi-
 storix quæ de Papis cōscriptæ sunt, in quibus
 narratur alios fuisse Necromantiæ deditos
 alios contemptores Fidei Christiane, litantes
 Diaboli, siue vt Papatus dignitatem obtine-
 rent, siue vt ad illam euecti, eādē etiam re-
 tinerent & conseruarent. In hunc numerum
 referuntur Gregorius VII. Benedictus IX. Syl-
 uester II. Bonifacius VIII. Alexander VI. qui-
 que nō Simonis Petri, sed Simonis Magi suc-
 cessores dicendi sunt. Fuerunt etiam Papæ
 Athei, qualis Iohannes XXII. qui proculcabat
 & ludibrio habebat Euangelium, docebat a-
 nimas esse mortales: ideòque damnatus fuit
 à Concilio Constantiensi, qui hoc nomine eū
diabolum vocat incarnatum; Synodo verd, quam

De Eugenio
 vide Aencā
 Sylu. I. de
 con. Bas. cui
 aderit cons.
 Basiliense
 sess. 34.

De Ioan. 22.
 Concil. Con-
 stant. 1. 2. sess.

II.
 Picus de or-
 din. cred.
 theor. 4. de

quodam Pō-
tifice sui tom-
poris.

ille habuit Roma (ait Nicolaus de Cleman-
gis) celebrata Spiritus sancti Missa, lo-
co Columba Bubo praefuit. Tales etiam fue-
runt Leo X. Clemens VII. & alij. Au-
diatur ipse Leo ad Bembum Cardinalem
eum consolans, *Quid mihi narras*, ait, *fabu-
lam istā de Christo*? Et Clemens VII. moriturus;
*Mox siam certior de rebus de quibus per omnem
vitam dubitavi; An Deus sit; an anima immorta-
lis; an vita post hanc vitam.* Ne igitur mirum
sit, si Platina, postquam multum ingemuit, le-
gens & literis consignans eorum historiam,
cognitis quæ apud eos vigeant tyrannide, im-
pietate & hypocrisi, tandē sic exclamat, *Fieri-
ne potest ut ad Paparum salutem sufficiat residua
quæ est apud Deum misericordia*? Petrarca etiā
ait, *Si quis alteri male precari vult, precetur ut Pa-
pa fiat*: adeo nempe est pestifera & contagio-
sa illa sedes! Accessit verò cumulus abomina-
tionis, Ioannes VIII. meretrix in illā sedem
euecta peperit illa Romæ palam dum publi-
cæ deprecationes fierent, Sacrosanctæ sedis
ludibrium: quamvis contentur tenebras in tam
perspicua luce recētiore quidam contra An-
tiquitatis in huius historię veritate cōsensum,
offundere. Cui enim bono fuissent ista tum
temporis conficta? Illud etiam est quod docue-
runt qui præcipui in Romana extiterunt Ec-
clesia, ab eo quoque tempore quo Ecclesiam
inuasit tyrannis. Sub Patribus enim nullæ fie-
bant eiusmodi quæstiones. Concilium quod
Rhemi sub Capeto habitum est, sic ait, *Sed ô
ingen-*

Platina in
Marcellino.

Platina in
Ioā. 8. ex plu-
ribus Anno
855.

Concilium
Rhemi sub
Capeto, citat

lucenda Roma, quæ nostris maioribus clara Pa-
trum lumina protulisti, nostris temporibus mon-
struosas tenebras, futuro seculo famosas offudisti.
Olim accepimus claros Leones, magnos Gregorios;
quid dicam de Gelasio, &c. Et in hac felicitate
hoc privilegium tibi ab Afris denegatum est, &c.
 Magnum autem horum catalogum retexit.
Succedit Romæ in Pontificatu horrendum mon-
strum, Bonifacius, cunctos mortales nequitia su-
perans, &c. Nam talibus monstris, hominum i-
gnominia plenis, scientia diuinarum & humana-
rum rerum vacuis, innumeros Sacerdotes Dei per
orbem subiici decretum est? &c. Si in quouis ad E-
piscopatum electo morum grauitas, &c. spectan-
tur; quid non in eo, qui omnium Episcoporum ma-
gister videri appetit? &c. Quid ergo in summa sede
sic infirmus constituitur, ut etiam in Clero nullum
habere locum dignus inueniatur? Quid hunc, Re-
uerendi Patres, in sublimi solio sedentem, (Episco-
pus Aurelianensis qui Synodo præerat, sic lo-
quitur) purpura & auro radiantem esse censetis?
Nimirum si charitate destituitur, solaque scientia
inflatur & exollitur, Antichristus est, in Templo
Dei sedens, & se ostendens tanquam sit Deus: Si
autem nec charitate fundatur, nec scientia erigi-
tur, in Templo Dei tanquam statua, tanquam I-
dolum est, à quo responsa petere, marmora consule-
re est. Hæc dicta sunt circa annum 1000. Et Ber-
nardus sua ætate dicit, Heu heu Domine Deus!
Ipsi sunt in persecutione tua primi, qui videntur in
Ecclesia tua Primatum tenere. Item, Parum est
nostris vigilibus, quod non seruant nos, nisi & per-

annū 991. c.
 28. vbi Arnul-
 phus Aurelia-
 nensis Syno-
 di custos.

In cōuers. S.
 Pauli.

In Cantic. So-
 lomonis ser.
 96.

dant. Quid non verò alibi dicit de Papis? Bri-
 gida in oraculis suis agens de iis qui ipsius tē-
 pore extiterunt: *Animarum sunt carnifices, qui
 lacerant gregem Christi: Papa est abominabilior
 Iudais, immitior Iuda, iniustior Pilato, peior ipso
 Lucifero. Sedes Papa demergenda in profundum,
 &c. Omnia precepta Dei in unum commutauit:
 Da pecuniam; Expectanda sunt illi aduersus se-
 dem suā ista, nempe ignis & sulphur. Eadem asse-
 rit se vidisse Diuam virginem, dicentem ad
 Filium, Roma ferax ager est; Filium respondi-
 se; Est; sed zizania. Item, ex Diua virgine audi-
 uisse plerosque Pontifices esse in inferno, &c.
 Hi tamen sunt libri qui apud eos sunt in ma-
 gno pretio. Magni illius Schismatis tempore
 Cardinalis Ragusanus assererat posse errare Ec-
 clesiam. Cur sese illi non opposuerunt? Erat au-
 tem ille Scriba Pontificius. Gerson in Cōcilio
 Constantiensi, Cancellarius Vniuersitatis Pa-
 risiensis, qui in eo orationem habuit Gallica-
 næ Ecclesiæ nomine, qui etiam in hac perpetu-
 tud fuit sententia, sicut & ipsa Sorbona, is, in-
 quam, asserit; *Papam posse errare; posse abuti
 potentia sibi commissa ad destructionem Ecclesiæ;
 posse eam & prostituere & opprimere; posse in schi-
 sma, in heresim & in Idololatiam incidere. Quod
 si acciderit, posse illum corrigi ab infimo etiam
 Laico citante Euangelium; reprimi & munere pri-
 uari à Concilio representante Ecclesiā: Ecclesiam,
 inquit, qua subsistere potest sine Papa, sine Capi-
 te hoc Ministeriali; ducem habens Christum, ve-
 rum Ecclesia Sponsum. Nam, ait, non dictam est,**

Theod. à
 Nyem. in Ne-
 more vni-
 nis. tract. 4. &
 7. de Card.
 Regusano.
 Vide Gerson.
 in trac. de po-
 test. Ecclesia-
 stic. cōsid. 10.
 & 11. & in tra-
 ctat. de aufe-
 ribilitate Pa-
 pæ, cōf. 4. 9.
 10. 12. 14. 15. 16
 18. Itē in pro-
 positione fa-
 cta corā An-
 glis euntibus
 ad Conciliū
 cōsiderat. 4.
 Item in tract.
 An liceat in
 causis Fidei
 appellare à
 Papa.
 Item in trac.
 de exam. do-
 ctrin. Item, in
 proposit. vti-
 libus ad ex-
 tirp. schism.
 Itē in regul.
 moralibus. I-
 tem de loco
 Paul. ad The-
 sal. in tract.
 de signis rui-
 nz Ecclesiæ.

quum conueneritis in nomine Petri aut Pape; sed in meo nomine, &c. Sed hæc doctrina, ait, ad hæc usque tempora pluribus displicuit; sed Concilia, Constantiense nempe & Basiliense liberarunt Ecclesiam hac perniciosissima heresi qua constituebatur Papa super Ecclesiam. Eousque procedit ob incommoda quæ inde emerfura præfagiebat animo, ut proponat casus quosdam in quibus liceat etiam in ipsius personam iudicio agere. Quod modestius protulit Thomas, In quibus tenentur fideles Deum precari, ut eum è medio tollat. Archidiaconus Bononiensis in quendam Canonem; Cautè posuit, Apostolica sedis, non Apostolici, id est, Pape. Item, Debet, inquit, Innocentius Papa præmittere clauem discretionis ante clauem potestatis. C. Quando, de Iureiurando. Vbi Baldus. Hinc illa phrasis; Clauem non errante, præsupponens errare posse. Et sic Hostiensis, & Io. Andreas. Ideoque, ait Baldus, Non debet quis dicere; Credo id quod Papa, sed id quod Ecclesia credit. Nam ait etiam Archidiaconus Bononiensis, Papa tenetur requirere Concilium in causis Fidei, &c. Periculosum enim, inquit, Ecclesia fidem committere uni homini. Quæ maior superbia, inquit Bernardus, quàm quod vnus hominotati congregationi iudicium suum præferat, quasi solus habeat Spiritum sanctum? &c. Nec hoc loco profertur illud, quo adeo gloriatur, T ues Petrus; & Orati pro te Petre. Nam Basil. Synodus hoc illis extorquet, dicitque hæc verba ad Ecclesiam, non ad Petrum dirigi; ad omnes Apostolos, non autem ad vnum solum: idque pro-

D. 10. C. sic
omnes.

In Margarita
Probās Gloss.
D. 19. C. Sic
omnes.

Cōc. Bas. a
 pud AEncam
 Syluium.
 Cusan. li. 2. c.
 17. de cōcor.
 Cathol.

bat Patrum testimoniis. Sic quoque de alijs locis omnibus, *quæ in suum commodum*, inquit, Pontifices exponunt *ut fimbrias suas extendant.* Quod confirmatur à Cufano Cardinali expressis libris. Sic ille, *Papa potest esse hereticus; & tum unusquisque, etiam laicus se ab ipso heretico tenetur separare: & per ipsam separationem ipsi dicit anathema.* Ex his igitur omnibus consequitur, sedem non eximere eos errore, hæresi & infidelitate, sed ad ea ab ea magis procliuēs reddi; Ita tamen ut in maiorem incurrant condemnationem.

anreguMal

 Epist. 42.

Sin verò dixerint priuilegiū Romanæ Ecclesiæ concessum; quæro annon profiteantur generale Concilium, vel saltem Oecumenicū Ecclesiam referre: Atqui Augustinus generale Cōcilium ab altero emendari docet; quod autem corrigi, idem & errare potest: Potiori verò de causa, Concilium Ecclesiæ Latinæ & ipsa Latina Ecclesia. Gregorius Nazianzenus cuius aetate multæ coactæ fuerunt Synodi, dicit, *Sic iam Ecclesiam ambitione laborasse, ut nunquā fœlicem viderit exitū.* Sic enim ille, *Ego, si vera scribere oportet, ita animo affectus sum, ut omnia Episcoporum Cōcilia fugiam; quoniam nullius Cōciliij finem laetum faustumque vidi: Nec quod depulsionem malorum potius, quàm accessionem & incrementum habuerit. Pertinaces enim contentiones & dominandi cupiditates, &c. ne ullis quidem verbis explicari queant.* Et sanè si prospiciamus vel numerum vel externam speciem: superiores causa fierent Arriani in Concilijs
 quæ

quæ fauebant eorum errori in quibus omnia in speciem apparebant, quæ, vt sint legitima Concilia, requiruntur. Quæ causa est, cur Augustinus cum iis disputaturus p̄iudicio nolit vt aduersus eos Niceni Concilij, nisi quod & illi opposuissent Ariminense Concilium aded frequens vt indatum esset prouerbium? Adhæc Niceno Cōcilio primo probatur Presbyterorum Matrimonium; & Communio sub vtraque specie; quum multa Concilia & particularia & generalia priuent clericos Matrimonio, & laicos poculo: Concilia hæc nempe Constantiense & Basiliense nominatim laicis poculo interdixerunt. Tridentinum & poculo laicis, & Presbyteris Matrimonio. Oecumenica tamen fuerunt: (sic enim ea nuncupant) vel saltem Generalia, si Latinam Ecclesiam spectes. Item, Idem Nicenū Concilium I. æquali pronunciat esse potestate Romanum Episcopum cum aliis Patriarchis: Et Carthaginense III. aliud item Carthagine habitum, quod impensius instate Gregorio I. sub Mauritio Imperatore coactum est, anathematizant, & præcurforem Antichristi pronuntiant si quis se Episcopum vniuersalem dixerit. Et tamen triduo post Episcopus Romanus in alio Cōcilio Romæ authoritate Phocę habito talis esse pronuntiat; Et nostra ætate in Tridentino Cōcilio. Item generale Concilium Constantinopolitanum Imagines deturbat; Nicenum II. adorandas decernit. Concilium Franco-

furtenſe ſub Carolo Magno Idololatriam eſſe
 declarat, & Nicenum II. anathematizat vt
 ementitum & illegitimè coactum. Conſtatiè-
 ſe & Baſilienſe Papam in aliorum Epiſcopo-
 rum ordinem cogunt, reliquos omnes Epi-
 ſcopos Succeſſores Apoſtolorum, immo & i-
 ſus Petri Succeſſores pronuntiant: Quū gra-
 dus illi omnes maioritatis & minoritatis in
 Eccleſia, ait Cardinalis Cuſanus ſint tantum
 iuris poſitiui; ita vt Epiſcopos & Presbiteros
 inter ſe exæquet, & pronuntiet Papam eſſe
 tantum Miniſtrum Eccleſiæ. Florentinum &
 Tridentinum contra declarant, Papam habe-
 re immediatè poteſtatem à Chriſto in totam
 Eccleſiam; eſſe & generalem Vicarium Dei
 in terris; neque licere ipſi, etiamſi cuperet ſe-
 ſe Concilio ſubmittere: hócque hodiè defen-
 dunt, quotquot ſunt Papæ propugnatores, à
 Concilij nempe illius Tridentini tempore.
 Et Papa Pius II. qui Conſtantienſi & Baſilien-
 ſi Concilio adhæſerat, poſtea hæreticos pron-
 untiauit, quotquot iudicant poſſe à Papa ad
 Concilium fieri prouocationem, hoc eſt
 Concilia illa œcumenica, Sorbonam Pariſiè-
 ſem quæ illa recipit, & eos qui eis aſſentiun-
 tur. Concilium Baſilienſe decernit, cuiq; Ca-
 tholico credendum S. Virginem conceptam
 fuiſſe ſine peccato originali, contra Patrum
 omnium, Auguſtini nempe, Ambroſij, Ber-
 nardi, Anſelmi, &c. ſentétiam. Tridentinum
 contra, ſicut & Papa Sixtus IIII. indifferens
 eſſe iudicat. Vides hïc igitur generale Conci-
 lium

Belarm. de
 Papa & Con-
 cilio. c. An.
 Papa ſupra
 Concilium.

Conc. Baſil.
 ſeſſ. 36.

lium ipsi Papæ; duo Generalia sibi inuicem opponi. Hinc autem consequitur, aut duplicem esse (quod falsum est) veritatem, aut repugnantium inter se cōciliorum alterutrum errasse, atque idcirco errare ab Ecclesia alienum non esse: Item aut Papam Antichristum esse oportet, aut Ecclesiam quæ eum Antichristum pronunciauit, qui vniuersalis titulum sibi arrogaret, grauissimè lapsam esse. Item Papam Ecclesiæ caput admittere, aut ad salutem minimè est necessarium, quod tamè decretum illud alatum Romanæ Ecclesiæ probatum pro articulo fidei reponit, Tridentinumque confirmat concilium: Aut quæ idem negarunt concilia, grauiter in salutis causa impigisse: Nicenum videlicet œcumenicum, quod illum reliquis Patriarchis exæquat, Sardicense, Carthaginense, & vniuersa totis sexcentis annis Ecclesia. Denique aduersarios fateri necesse est, aut suam Ecclesiam tamquã ad salutem necessarium admittere, quod cum salute pugnat: Aut Ecclesiam antiquitate venerabilem tanto tempore ignorasse quæ ad salutem cōducebant, imo propriam salutem in medio conciliorum cœtu expugnasse. Unde consequetur, Catholicam Ecclesiam in conciliis generalibus errare posse, atque ad eò Romanam ipsam, nihil prohibente Petri, quam prætendunt sede. Addo etiam Romanam ab illo vetustiore dissidere, ad cuius exemplar Ecclesiam nunc conformandam curamus. Et certè non legimus apud Patres, He-

*Qui credit alii
quid esse de fi-
de, quod non
est de fide, de
fide non rectè
sentit. Picus*

clesiam esse ἀναμάρτητον. Et quod Christiani maiori ex parte Arrij haresim, idque tot annos amplexi sunt, adeo ut vix tres, quatuorue Episcopi illi obsisterent, nonne huius rei fidem manifestò facit? Quin & ab eo etiã tempore, quo tanta corruptio Ecclesiam; & Latinam potissimum tanta tyrannis inuasit, qui maiori tum & pietate & doctrina erant præditi, ab ea se abripi arrogantia nõ sunt passi. Et sanè quò Bernardus suspiriis & lamentis Reformationẽ requirit, quòque ait, *Ad illud Concilium toto desiderio feror in quo Traditiones non obstinatius defensantur, aut superstitiosius obseruãtur, &c. Recedant à me & à vobis qui dicunt; Nolumus esse meliores quàm Patres nostri, &c.* nonne sibi plurima reprehensione digna videri indicat? Itẽ

Epist. 91.

De Concil.
tit. 27.
Tit. 32.

In orat. corã
Vrbano Papa
5.
Anno 1360.

Durandus, quum dicit, *Desperata est salus Romana Ecclesia, &c.* Et, *De ea verificatur dictum Esaiæ 34. de Babylone; [Erit cubile draconum, & pasca struthionum, & occurrent demonia, &c.]* Nicolaus quoque Oresmus, coram Pontifice Vrbano V. declamat, *Predictiones Prophetarum aduersus sacerdotes Iudaicos adimpletas in presulibus Ecclesiæ Christianæ; facturum Deum ne sint amplius pastores populi sui, & ut ille non sit illis amplius præde. Nec dicite, inquit, Prælati sunt Ecclesiæ quam Dominus semper custodiet. nec deseret eã, sicut promisit eis in personis Apostolorum, dicens, [Ego sum vobiscum, &c. Math. 28, &; Orati pro te Petre, &c.] Sed hoc est quantum ad fidem, quæ stabit in paucis, &c. Sed obuiat Deus, Jerem. 7.] Nolite confidere in verbis menda-*

mendacij, Templum Domini, &c. Sed videte quomodo fecerim ipsi Siloh,] &c. Ioannes Sarisburiensis, circa annum 1150. *Sedent in Ecclesia Romana Scribae & Pharisei, imponentes grauiam onera, &c. Pontifex magnus omnibus grauis, atque intolerabilis; ita debacchantur eius legati, ac si egressus sit Sathan à facie Domini. Nocent sapius, & in eo diabolo sunt persimiles, &c. Qui ab eorum dissentit doctrina, hereticus iudicatur & schismaticus. Manifestet ergo se ipsum Christus, & palam faciat viam qua nobis est incedendum. Virgo S. Mathildis eodem ferè tempore; Ecclesia Romana propediem totaliter à fide apostatabit aperitè, quæ alioqui per multa tempora obscure apostatabat, &c. ante 200. annos. Hæc fuerunt eius verba. Et illa tamen in Diuorum catalogum euecta est. Sancta quoque Elizabeth: *Ca-* In Reuolut.
put Ecclesie clamat, nempe Christus, sed membra mortua sunt. Obsessa est superbia sedes Apostolica; & deuiat greges Domini, &c. Abbas etiam Super Hier.
Ioachimus, Est & alia ficus, quæ maledictione preuaricationis iam aruit, Latina Ecclesia, siue nauicula Petri, cuius folia temporalia, de quibus consuuntur peritomata ad excudendas excusationes in peccatis, quibus inhonestatem vitæ suæ, tam Adams summi Pontificis, quàm Eua Ecclesie subiectorum operiant, & in ligno Ecclesiasticæ gloriæ sese mirabiliter abscondant, &c. Franciscus Zarabella Cardinal. Flor. circa annum 1400. Per In lib. de schism. & Cōcilio.
*futura Concilia abrogari possunt quæ non satis firmis iustisque rationibus constituta sunt in præteritis. Item, Quod dicitur, Ecclesiam errare non**

De Conc. generali.

posse, intelligendum est de tota Ecclesia Christi, non autem de Romana Nicolaus de Cleman-
gis Archidiaconus hominum sui temporis do-
ctissimus sic ait. *Et sanè, quàm pauci hodie sunt in Conciliis, de quibus verisimiliter dici possit super eos quicuisse Spiritum Dei, &c. siquidem ad eam sunt adhuc carnales, ambitiosi, contentiosi, &c.*

De reform. Ecclesiz.

Cardinalis de Alliaco qui Constantiensi Concilio interfuit cum mandatis Sigismondi Imperatoris, vt sententiam ille daret de reformanda Ecclesia. Quod ille fideliter exequutus est libro qui etiamnum extat. Tantum verò abest vt crediderit Romanam Ecclesiam, Papam, ipsiusque Cardinales errare non posse; vt contrà in eos causas corruptionis regerat. Quinetiam censet Cardinales munere priuandos, quum nec à Christo, nec ab Apostolis instituti sint. Insuper in suis thesibus ex professo disputat; *Ecclesiam à Scripturis pendere; Romanam errare posse in iis que ad fidem pertinent. Ad eam, ait, vt iam horredum quorundam prouerbiū; Ad eum statum deuenisse Ecclesiam, vt non sit digna regi nisi per reprobos.* Idem. *Ecclesia alligata est Scripturis; & errare potest in rebus fidei.* Idem apud Picum de Fide & ord. credendi, item in quæst. vespertiarum. Et Gerson illius de Cle-

In positio.

In ser. de Ce-
na Dom. pro
humilitate.

mangis discipulus exponens hæc verba, [*Ecce relinquetur vobis, &c.*] *Domus hæc, ait, domus erat Synagoga, cui succedit domus Ecclesie; quam iam pene desertioni vicinam intuemur, vt olim Synagogam. Auertat pius Ecclesie Sponsus: Auertat autem si fuerimus pœnitentes, &c.* (Erat verò tum illa numerosissima) ad eam etiam vt ad eam

referat locum Pauli 2. Theff. 2. vbi agit Paulus
*de Antichristo sedente in Templo Dei, id est, in
 Ecclesia.* Et ipse eò redit, alio loco, vt existi-
 met, *Ecclesiam si non ad statum temporis Chri-
 sti & Apostolorum, saltem ad statum Syluestri
 restituendam, &c.* Extitit verò ille circiter 300.
 anno. Imò & ille in ea est sententia vt supra vi-
 sum est, *licere laico quantumuis priuato, sese oppo-
 nere. Generali Concilio à fide descedenti aut ab E-
 uangelio, modo in promptu habeat locum Scriptu-
 ra.* Idem sentit Abbas Panormitanus. Et præter
 ea docet *Romanam Ecclesiam errare posse, quum
 sit particularis, idque in fide, & eius articulis.* Et
 ad hūc sensum exponit c. à recta 24. q. 1. Picus
 item ait, *De firmitate iudiciorum tum Conciliorū
 tum Pontificum, non extat hætenus vllum decre-
 tum, quod vel ex eo apparet, quod Ioannes de Tur-
 re cremata nullum profert, etsi authoritatis Ponti-
 ficie magnus assertor.* Itaque hæc propositio apud
 ipsum; *Concilium legitimè congregatum, in causis
 fidei falsum iudicare non potest, non continet veri-
 tatem indubiam.* Vnde etiam hæc quæstiones
 perpetuò fiunt, *Quid si Concilium erret?* Et Pari-
 siensis Vniuersitas, & ipsa Sorbona prouocan-
 tes à Concilio Leonis X. anno circiter 1517.
 audacter pronuntiant. *Concilium Leonis non in
 Spiritu Domini congregatum decreuisse contra Fi-
 dem Catholicam, contra statuta Conciliorum gene-
 ralium, &c.* Quòd si igitur tum Papa, tum Ec-
 clesia Romana in eis quæ sunt salutis erraue-
 runt: & visibilem Christianam Ecclesiam er-
 rare posse consequens erit, atque idcirco bo-

Tract. de si-
 gnis ruinge
 clesie.
 De conc. ge-
 nerali vnus
 obediētia.

In cap. signi.
 Extr. de elec.
 Sup. tit. de
 sent. excóm.
 De Fide, &
 ord. credéd.

Appellatio V-
 niuersitatis Pa-
 risiensis contra
 Leonem X. an-
 no 1517.

na cum venia meritò reformationem requiri. Sed enim iis quibus est compertum qualia fuerint quæ nostra memoria coacta fuerunt concilia, Romæ conclusa priùs omnia quàm indictus esset conuentus, iure quodam speciali rata haberi, quæcumque tandem aut disputationes aut probationes opponantur: Illuc, Roma, spiritum sanctum aut potiùs satanicum singulis hebdomadibus per celeres equos loculamentis conclusum deferri. Qui denique norint quibus præsidibus, differentibus, iudicibus res tota peragatur: iis non modò non erit probandum eiusmodi cætus labi & errare, sed mirum potiùs videbitur aliquid sine errore concludi posse.

Luc. 12.

Verumenimuerò tot tantisque argumentis constricti obiiciunt, Christum orasse ne deficeret fides Petri: Atque inde statim concludunt, ab erroris periculo immunem esse Ecclesiam. Primùm obseruetur agi de re maxime omniù seria: Còtrouertuntur enim magno numero articuli, quorum causa, quòd ad fidem pertinere dicuntur, iam totos quinquaginta annos flammis adiudicamur: qui tamen hoc vnicò fundamèto nituntur. Hoc igitur solidum & indubitatum esse necesse est, nisi velimus salutis nostræ Doctore iniuriam inferre. Adde quòd in eo etiam situm est Græcarum & Orientalium Ecclesiarum cum Romana dissidium: hæc enim si aberrare non potest, illas quæ hanc oppugnant, grauitè peccare consentaneum est. Atqui hæc quàm longissimè absunt:

Roga-

Rogauit Petre, ne deficiat fides tua: Et quam inde eliciunt conclusio: Ecclesia Papalis errare non potest. Pergamus. Dominus Iesus in Petri gratiã precatus: ter autem Petrus ab hac precatone illum abnegauit, quum sua imbecillitate præterita, de precibus securus in seipsum recumberet: Atque inde accidit, vt qui se in discipulos efferebat, reliquis omnibus periculosus impingeret. Ecclesia igitur Romana hanc potiùs textui conuenientiore conclusionem eliciat: *Quemadmodum ille sibi ipsi fidens Christum abnegauit, aliis que omnibus detriùs se gessit: sic idem huic ipsi Ecclesiæ contingere potuisse, quum citra erroris periculum se collocatam esse falsa persuasione consideret.* Ergo iam reliquũ effet, vt illius exemplum imitata, & ad gallicinium excitata, cum lacrymis culpam agnosceret, atque deprecatur. Tertiò, si quia Petri nomine Christus rogauit, inde efficitur Ecclesiam ab ipso fundatam aberrare non posse: Eadem ratione consequetur, & ab aliis Ecclesiis constitutas labi nullo modo posse. Christus enim cruci proximum pro Apostolis orat, tum pro iis qui per ipsorum sermonem credituri erant, vt sint vnum cum patre & ipso, id est, inseparabili nexu cum vtroque coniuncti. At istis Romana Ecclesia tamquam hæreticis communionẽ interdicat, spẽq; salutis omnino excludit. Sequetur etiam reliquas Ecclesias errare non posse, siquidem ipsæ æquẽ ipsum suum fundatorem agnoscunt. Aut igitur falsa est

Ioan. 17. 20.

Rom. II.

Cypr. 1. 2.
Epist. 17.Hierony. in
epist. ad Ru-
sticum.Luc. 22. & ibi
Glos. Bedae in
Luc.

conclusio, Christus precatus est, ergo falli non potest: aut ad inuisibilem Ecclesiam hoc referendum est, cui non praeualebunt inferorum portae. Quarto Paulus hanc argutiam ignorauit, Romanos enim admonet, ne in Iudaeos efferantur, quod ut & reliquae gentes, in eorum locum essent insiti. *Nam naturales, inquit, rami excisi sunt per incredulitatem: Tu autem stas fide. Si autem illis non pepererit, uide ne & tibi non parcat,* i. caue ne tu incredulitate excidas. Illos ergo Paulus extra periculum non statuebat. Imò nec clerus etiam Romanus ad Cypr. scribens, *laudem quae à Paulo Romanae tribuebatur Ecclesiae de fide illius per totum mundum euulgata, nisi eiusdem fidei hereditatem sartam tectam conseruet, sibi opprobrio fore.* Nec Firmilianus ad Cyprianum scribens, dum pronuntiat, Eos qui Romae sunt non ea in omnibus obseruare quae ab origine sunt tradita, & frustra Apostolorum auctoritatem pratendere constat. Nihilominus Hieronymus, quum dicit: *Ab eo tempore quo Ecclesiam non secus ac imperium peruasit auaritia, legem perisse à sacerdotibus, & uisionem à Prophetis.* Nec maiore Romam fiducia turgidam reddunt reliqui patres, quum, ut paulò post uidebimus, & Babylonem illam, de qua in Apocalyp. & sedem illam Antichristi esse constituunt. Consultius igitur facerent, si ueram suam glossam in hunc locum sequeretur: *Sicut ego te orando protexi ne desiceres, sic isti infirmiores fratres exemplo tuae poenitentiae confortati, ne de*
uenia

*venia desperent, intelligens per fratres indifferenter
 fideles. Si verò hîc requirunt Patrum iudi-
 cium, comperient Ambrosium, Prosperum,
 Chrysostomum, aliòsque qui hunc vel expo-
 nunt locum, vel indicant pluribus locis, nihil
 in eo ad stabiliendam Romanam Ecclesiam
 inuenisse. Contra dicit Chrysostomus [*Ne de-
 ficiat fides tua*] *id est, ne pereas tandem; ut eum
 humilitatem doceat.* Item, Numnon etiam pro
 aliis oravit, quandoquidem ceteros expetiit Sa-
 than? Sed hoc dicit, ut eum eò vehementius tan-
 gat, significans eius causam longè grauiorem futu-
 ram, quàm ceterorum; ideoque maiori auxilio
 indigere. Apertè loquitur Ignatius, Sathan po-
 stulauit cribrare fidem Apostolorum suis tenta-
 tionibus, &c. A quibus nos eripiet Dominus no-
 ster Iesus Christus, &c. qui rogauit ne deficeret fi-
 des Apostolorum. Conceptæ igitur sunt hæ
 preces non minus pro Antiochena Ecclesia, &
 Ephesina, quàm pro Romana. Idem dicit Au-
 gustinus, Nunquid pro Petro rogabat; pro Iaco-
 bo & Ioanne non rogabat; ut de ceteris taceam?
 Manifestum est in Petro omnes contineri, quia
 & alio loco apud Ioannem dicit; [*Ego pro his
 rogo quos mihi dedisti.*] Cyprianus pro om-
 nibus fidelibus in genere. Sic enim ait, Adeo
 autem pro nobis ille deprecabitur, ut legamus alio
 loco; Dixit autem Dominus ad Petrum; [*Ecce
 Sathanas, &c. Ego autem rogavi pro te, &c.*]
 Quod si pro nobis ac pro delictis nostris ille & la-
 borat, & vigilat, & precatur, quantò magis nos
 insistere precibus & orare, &c. Et hoc sensu*

Ambr. in Pf.
 43 de vocat.
 Gent. lib. i. c.
 24. & l. 2. ca.
 28.

Prosper in e-
 pist. ad Russ.
 & in collat.
 adu. Cassi. c.

35.
 Chryf. in
 Matth. hom.
 83. & in Ioan.
 hom. 72.

In epist. ad
 Smyrn.

In quest. Ve-
 ter. & Nou.
 Test.

Epist. 61.

In Luc. c. 22.

Propositiones
formatae de Pe-
tro in Euange-
lio, de successo-
ribus eius for-
mari non pos-
sunt.

Gerfon, Tra-
ctat. de vita
Spir. animæ.

proponitur in Basiliensi Synodo. Imo & Car-
dinales Hugo & Caietanus ad fidem Petri re-
stringunt. Denique præter eas quas protuli-
mus rationes inter antecedentem proposi-
tionem, *Christus pro Petro rogavit, & con-
clusionem, Ergo Romana non potest errare Ec-
clesia*, quàm multa probanda supersunt? Ni-
mirum, Petrum Apostolorum & Ecclesiæ ca-
put fuisse: Romam aliquando venisse: Epi-
scopi munus illic obiisse: Eam nominatim
Ecclesiam fundasse: Prærogatiua ne errare
posset ornatum fuisse: Eandem hæreditario
iure cathedræ affixisse, quæ vel Papis, vel
Romanæ Ecclesiæ propria esset: quæ omnia
clarissimam probationem requirunt, si qui-
dem suam velint conclusionem stare. Ad
nostram igitur hac obiectione relicta, redeam-
us: Et ex præmissis ex sacræ scripturæ au-
thoritate & temporum omnium experientia,
totam hanc disputationem concludamus.
Dominus noster Iesus Christus Ecclesiæ sa-
cram scripturam reliquit, vt nauticam in
naui pixidulam, qua possit in salutis por-
tum deduci, & in quam oculis coniectis à
via deflectere non possit: in scopum enim
eum perpetuè dirigit, quibuscumque tan-
dem ventis agitatum, inde si oculos auer-
tat, non magis ab errore sibi cauere po-
test, quàm peritissimi quilibet naucleri aut
proreta, si desit *πῆξυδιον*, nauis cursum vel
vnica hora tenere. Ecclesiis quæ sermonem
excipient, vim præsentem spiritus pollice-
tur:

tur: iis verò quæ nihili fecerint, subtrahit, sua præsentia eos indignos iudicans, qui vocem ipsius audire dedignantur. Inde accidit vt omnibus & locis & temporibus Ecclesia grauiſſimè errauerit & deflexerit: Ea porrò aliis periculosiùs, quæ confidentiùs sine ductu sermonis aliquid est auſa, sibi que plura arrogauit, Ecclesia videlicet Romana. Quæ si non augustioribus priuilegiis & promissis nititur quàm Catholica visibilis Ecclesia, quin errare potuerit dubium esse non potest: Id enim illi contigisse in salutis capitibus & præcipuis sui partibus ipsorum confessione conclusum est. Sin speciali priuilegio munita est, quale est quod profert de sede Petri: ne sic quidem ab erroris aut hæreseos periculo immunes esse eorum etiam testimonio qui ab ipsius stant partibus probauimus. Verùm vt palàm fiat, quàm infirmum

& nihili sit fundamentum, quo tanti

ponderis articulum exædificare

conantur: deinceps huius

quo freti sunt priuilegij

tabulas ad examen

reuocabimus.

* *